

Georg Obrecht

**Nobilissimi Dn. Georgi[i] Obrechtii, IC. ... Oeconomia Seu Dispositio Institutionum
D. Iustiniani Imp. ... cui affluxit Eiusdem Epistola, seu methodus iura tractandi
facillima**

Holmiae Suecorum: Reusnerus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823920429>

Druck Freier  Zugang





~~29 VIII 23~~

J. K.
30. 6. 17.

Boy. A. G.
n^o 1 - 236.
P. A. G. n^o 1 - 447.
P. A. G. n^o 1 - 102.

Fe - 3189^{1.2}.



NOBILISSIMI

Dn. GEORGI OBRECHTI, JC.
Comitis Palatini Cæsarei: Argento-
ratensium Reipub. & Academiæ, tam
Consiliarij, quàm Antistitis
eminentissimi,

OECONOMIA

SEU

*Dispositio Institutionum D.
Justiniani Imp. omnibus in
juris Oceano navigantibus, an-
chora sacratissima.*

cui affluxit


Ejusdem Epistola. seu methodus
jura tractandi facillima.

96 (?) 90

HOLMIÆ SVECORUM


Typis excrispfit Christophorus
Reusnerus, typographus Regius,
M. DC. XVII.

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochensis



Natura,
omnia creavit ob
utilitatem hominis.

J. Casus.
Rerum quotidiana-
rum libr. 2.



OECONOMIA

LECTORE.



Vin tandem in gratiam posteritatis literariae progrediar, non est quod faciat me dubiam: quamvis enim per annos ter denos & ultra, cum prole me pater ante id fuscitasset, fraterno, tam iusta quam sumptu, populos adire peregrinos & speravis sem & debuissim: nihilo tamen interim minus, sub scamno fortè, (unde, jam latitantium adhuc plurimarum sororum, proxumè quædam, svasu nisi fratris, tamen extranei, proditurae, præloq; nubiturae sunt) vel muribus pristi-

a z dum,

O E C O N O M I A

num, vel araneis textrinum, vel
 pulveri pulvinar, præstiti. Ast
 auri & unionis instar, qui quo-
 quo in sterquilinum detrudatur
 modo, semper tamen aliquando
 exinde, radijs supervenientibus
 solaribus emicat: ita & ego du-
 ctu, me, gentis exonica, publico
 demum aspectui sito. Sive igitur
 torvis, sive serenis me oculis
 dignetur invidus, non tamen est,
 quod moveatur Lector benevo-
 lus: quem, legerit me postquam,
 facile dicturum suspicor. Hem!
 pudeat, quem pigrit, tanti me,
 Viri laborem, tantoq; jam tem-
 pore existentem, Jurisprudentiæ
 studiosorum coronæ, communi-
 gare, donare, dare; Vale.

AD



AD JANUM THOMAM
G. F. OBRECHTUM
Comitem Palatinum.

Quid juvat autorem; quidq; hunc laudare
libellum?

Hoc opus autorem laudat, hic autor opus;
Ignoti ex sacris quod juris fabrica spectat,

Dum tecum invisio pulvere tanta jacens:

Non sine dum navis non vis prodire velles

PATRIS; surdaster de prece, deprecor

Næ lapis es! quem non mulcent tot publica

commoda,

Et vota; & tua laus propria; lausq; PATRIS.

TRIS.

Christiger Joachimi

Bogunta Poëta.

A 3 A



Ad eundem.

Selecta. sat neglecta
Shucusq^z, satq^z tecta
lucem vident severam,
lucem vident seneram,
T H O M A S videt severè,
hec lecta quod neglecta
Shucusq^z, satq^z tecta
In luce sint serenâ.
Lector videt serenè,
hec lecta quod neglecta
ucusq^z, satq^z tecta
In luce sint severâ
H O M A E. Severus iste!
Qui tanta nostra non vult
idere tecta **F U R I S.**

Sed

Sed non velit! quid autem?
Na si tacebit ultra,
In luce erunt serenâ
Et luce erunt severâ.
Selecta quoq; P A T R I S,
P A T R I S tui neglecta,
P A T R I S sat usq; tecta,
Per te satis neglecta,
Per te sat usq; tecta.

Thomas Sastus
Britannus.

Si



S i fas est cineres lacrymis deslere sepultos,
OBRECHTI cineres flete pijs la-
chrymis :

Nam vivens, patriæ rebus succurrere festis
Noverat, auxilio consilioque suo.

Sed Deus hunc voluit novum conjungere
civem.

Coelicolis : cunctos sic sua fata manent.

Maxima pars petijt cœlem: sed fama superstes

Post factum, volitat docta per ora virum.

Scribta id testantur, torum vulgata per or-
bem :

Et modo quod prodit, nobile mentis o-
pus.

Ac velati vitam Phœnix ex morte resumit,

OBRECHTUS scribis sic redivivus
erit.

Axelius Pneskinsky
Eq. Pol.



EPI.

EPISTOLA
DN. GEORGII
OBRECHTI JCTI.

quã

Cuidam aliquando gen-
tilli, de studio juris benè vol-
vendo, optumè consu-
lebat.

 Rtes Logica, & cog-
nitio Philosophiæ pra-
ctica studioso juris lon-
gè sunt necessaria:
quia ex his fontes juris
scaturiunt, & inquiruntur. Sic
etiã lectio historiarum negligi non
debet, sed præcipua historia Roma-
norum summo studio sunt cogno-
scenda: Græca etiã lingua ad so-
lidam juris cognitionem multum
a 5 — pro.

EPISTOLA:

prodest. *Aliae artes & disciplina non sunt necessariae; at honorarias illas esse, facile concedi potest. Superiorum autem notitia firma requiritur, at posteriorum etiam levis sufficit. Hoc tamen ita intelligi debet, non quod superiorum cognitio statim in tyrone firma & perfecta necessaria sit: sed quod mediocris sufficiat, quae postea studio, labore & industriâ augeri & amplificari debet. Hoc jam constitutio, ad rem perveniendum est. Sicut autem omnium artium est quaedam infantia, à qua initium facere utile est: ita quoque in juris studio ab Institutionibus incipiendum est, quia haec Elementa juris proponunt. Igitur Institutiones juris initio accuratè pellegenda sunt: Definitiones, Divisiones, & Regulae juris*

anna.

EPISTOLA.

annotanda, & simul Theophili paraphrasis adhibenda: hic enim instar commentariorum esse poterit. Hinc lectioni subijcienda lectio de verborum significatione, & regulis juris: nam etsi hi tituli postremo loco in digestis sint positi, & licet nō ex regula jus, sed ex jure regula sumatur: tamē in Basilicis ordo Justiniani ab Imperatore Leone est reprobatus, & non eo ordine, quo jura fiunt, etiā doceri debent: artes enim & disciplina à notioribus nobis & generalibus sunt tradenda. Post, Wesenbecij commentarij in Institutiones sunt ponderandi, quia hic satis diligenter fontes monstrat, & quicquid à recentioribus utiliter observatum est, tradit. Tandem leges 12. tabularum cum scholijs Hotomanni legenda sunt: ita enim me-

EPISTOLA.

lius pervenitur ad futuram Pandectarum lectionem, quae 12. tabulae fons sunt divini & humani juris, quod in Pandectis ex parte continetur. His ita cognitis, ad Institutiones denuò revertendam, eaq; tam crebrò repetenda, donec omnia, quae in ijs continentur, memorià teneantur. Nam Isagoge Institutionum tam eleganti methodo est scripta, ut, qui parum eam attenderit, faciliè totam memoriter recitare poterit, quod juris studioso longè est utilissimum. Facto tali fundamento, ad Pandectas est progrediendum, quae, ut nomen ostendit, totius juris doctrinam continent. Principio generalis totius operis dispositio animo complectenda, quae quidem ex proëmio illius, melius tamen ex Wesenbecij paratulis in-

prin

EPISTOLA.

principio tituli cuiusvis intelligi
 potest. Deinde ipsi tituli eo, quod
 Triboniano conscripti sunt ordine,
 pellegendi, & ne rerum multitudine
 & difficultate quis obruatur, quid
 sub uno quoque summam continea-
 tur, considerandum. Quod si ad-
 est Edictum, mox videndum, quod
 ratione Jurisconsulti id sint inter-
 precati: nam animadvertitur, fere
 omnia ad Edicti explicationem esse
 directa. Quod si verò plura titu-
 lus complectatur, quàm quæ ad E-
 dicti interpretationem pertinent, il-
 lorum quoque summa notanda: sic
 enim fiet, ut universalibus perspe-
 ctis, singularia melius percipiantur.
 Hoc labore exantlato, Pandectæ ab
 initio repetenda, & simul Wesen-
 becij Paratitla conjungenda, ita
 scilicet primò pellecto juris titulo, &

dili-

EPISTOLA.

diligenter considerato, mox commentarij Wesenbecij in manus sumantur. Nam hęc ratione & Pandectę sincerę discuntur, & non exiguus juris usus comparatur: illud ex titulorum: hoc ex Wesenbecij commentariorum lectione, comparabitur. Pandectis absolutis, ad Codicem properandum; hęc primo tituli pellegendi, & quid in ijs precipuę tradatur, perpendendum. Mox Paratitla Cujacij adhibenda: hic enim accuratissimę fere omnia, que in cuiusq; tituli legibus tractantur, summatim complexus est: nec hujus operis utilitas ullius quāvis disertissimi oratione exprimi potest. Tandem his omnibus peractis, Novellarum lectio, cum doctissimis Cujacij scholijs adjicienda: ita enim intelligetur, que in toto corpore perpetuo

EPISTOLA.

petuò subsistunt, quæq; à Justiniano
 correctæ sunt. Azonis summa, Glos-
 sa juris civilis, & veterum inter-
 pretum commentarij hoc tempore
 nihil prosunt, quia sæpè à via in
 colles vortuosos abducunt: Jam
 opera danda, ut vera juris notitia
 ex his fontibus hauriatur, & ut
 magis addiscatur, quid Pomp. Ulp.
 Paul. Alexand. Antoninus, Justi-
 nianus dicat, quàm quæ Johan. Pe-
 trus Moravius, Azo, Bartolus,
 Baldus, ac similes alij statuunt:
 attamen permittendum, ut hi in-
 terdum inspiciantur & ediscantur:
 perhibendumq; consuli, rarò ta-
 men, interpretes posse, at ut normas
 juris servandos & sequendos non
 esse.

96 90

Cau-



Cautio.

Quamvis Nobilissimus
author, in operis hâc
sui structura, omnia ca-
tenatim, ac certâ pul-
cherrimâq; methodo posuerit,
ita ut vel nullam titulorum in-
terpunctionem observarit: pla-
cuit tamen singulis materiarum
sedibus, suam tribuere rubricam:
idq; in Dn. Authoris præjudi-
cium sanè nunquam, sed maxu-
mè in adiutorium juventutis, ut
nimirum, hunc legendo libel-
lum, statim sciat, in qua materia
præcipuè versetur. Et licet in-
terdum tituli, non eo, quo in la-
stitutionibus se invicem sequan-
tur

CAUTIO.

tur modo: tamen, id tibi non
tam confusionem, quàm (si di-
ligenter ubique attenderis divi-
siones,) succinctam, facilli-
mam, & utilissimam mate-
riarum seriem, paritu-
rum, experière.



LIBER

LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM.

IN omni disciplina ab Elementis or-
diendum est. Institutiones Juris
civilis prima legum cunabula, & to-
tius legitimæ scientiæ prima Elemen-
ta continent: Unde meritò primo lo-
co studiosis cognoscenda & discenda
proponuntur. Summa autem Insti-
tutionum divisio in tria capita dedu-
citur: quorum Primum de fine ju-
ris: Secundum de ejus principijs &
Tertium de subiecto juris agit.

DE PRIMO.

IN I S Juris, seu totius le-
gitimæ scientiæ est JUSTI-
TIA: quia hæc est sum-
mum quoddam bonum,
quòd per se, & propter
se,

INSTITUTIONUM

te, atq; etiam primò expeditur. Nam
ad hanc omnia jussa legum dirigun-
tur. Itaq; rectè de eà primo loco agi-
tur; ut scilicet cognito Fine, instar sa-
gittariorum, viso scopo, certiore cur-
su ad eam tendamus.

De Justitia & Jure.

Tit. I.

Definitur autem, quod sit constans
ac perpetua voluntas, jus suum cuiq;
tribuens & Jurisprudèntia i. Justit. de just.
jure, Hæc de Fine juris.

DE SECUNDO.

PRINCIPIA Juris ex Definitio-
nibus & Divisionibus optime
perspiciuntur. Est autem Jus seu Ju-
risprudèntia divinarum atq; humana-
rum rerum notitia: justu atq; injusti
scientia. Quæ Definitio à Genere, Sub-
jecto, & Fine desumpta est. At respectu
finis tantum, Jurisprudèntia est ars boni
& æqui, Definitore Celso apud Alpian.
l. jur. i. pr. ff. de just. & jur. Hoc jus præ-
cipis

2. INSTITUTIONUM.
cipit honestè vivere: neminem læde-
re: suum cuiq; tribuere. § juris præ-
cepta 3. Institur. d. 1. Et hæc tria præ-
cepta continent & absolvunt totam
civilem philosophiam, & tres im-
portunissimos affectus, libidinem,
videlicet, iram & cupiditatem coer-
cent. Dividitur jus in publicum &
privatum. § hujus studij 4. d. 1. Quia
omne jus propter utilitatem consti-
tuitur l. quoties 20. ff. de servitutib. Ac in
societate humana duplex versatur uti-
litas, publica & privata. Publicum
jus est, quod ad statum Reip. Romanæ
spectat. Hujus duæ sunt partes: Re-
ligio & Politia. Ad Religionem per-
tinent omnia, quæ de sacris & sacer-
dotibus tractantur. Circa Politiam,
versatur populi Romani potestas,
quam Romulus triplicem statuit: in
bello, h. e. cæde decernenda: in ma-
gistratibus creandis: & in LL. Juben-
dis & abrogandis, notat Halicarnassus
lib. 6. de hoc jure nihil in Institutio-
nibus

LIBER I.

nibus agitur. Privatum jus est, quod
ad singulorum utilitatem pertinet,
d. *Shujus studij 4.* Hoc rursus vel est na-
turale, vel gentium, vel civile. Quia
collectum est ex naturalibus præ-
ceptis, aut gentium aut civilibus
d. § 4. d. 1.

*De jure naturali gentium &
civili.*

Tit. 2.

Jus Naturale est, quod natura
omnia animantia docuit, ut maris &
fæminæ conjunctio: liberorum pro-
creatio & educatio *prin Inst. hic.* Jus-
gentium est, quod naturalis ratio, in-
ter omnes constituit gentes. § *Ius 4.*
civile 1. d. t. ut servitus, bellum, origo
omnium contractuum, quales sunt:
emptio, venditio, locatio, conductio,
societas, depositum, mutuum, & alij
innumerabiles. Excipiuntur stipu-
latio,

LIBER I.

latio, literarum obligatio, & donatio propter nuptias, quia hi contractus jure civili sunt introducti. Jus civile est, quod quisq; populus sibi ipsi constituit d. § las a. civile 1. Et hoc vel est scriptum, vel non scriptum § constat 3. d. 1. Scripti juris sex sunt partes: Lex, Plebiscitum: Senatusconsultum Principum placita: Magistratum edicta: & Responsa Prudentum d. §. constat 3. vers. scriptam. Non scripti juris duae sunt partes: Consuetudo. §. sine scripto 9. d. 1. & Aequitas. lib. 5. Etbis. 6. 10. l. placuit 8. C. de judicijs. Hæc de Principijs juris.

TERTIO DE JURIS
SUBJECTO.

DE Subjecto Juris sciendum: Omne jus civile vel ad personas pertinere, vel ad res, vel ad actiones §. fin. d. 1. Personæ hic vocantur homines, qui in Rep. privatim degunt. De his

INSTITUTIONUM.

His, integro lib. 1. 4. Tit. 3. usq; ad finem
agitur.

De jure personarum.

Tit. 3.

Dividuntur autem personæ duo-
bus modis: Uno, secundum jus gen-
tium, altero: secundum jus civile:
Jure gentium omnes homines aut
sunt liberi, aut sunt servi. *prin. Inst. d.
jur. pers.* Liberi denominati sunt à li-
bertate: quæ est naturalis facultas
ejus, quòd cuiq; facere libet, nisi si
quid vi aut jure prohibetur. §. *& liber-
tas. 1. d. 2.* Et hi sunt vel ingenui, vel
libertini.

De Ingenuis.

Tit. 4.

Ingenui sunt, qui statim liberi
geniti sunt. *prin. Inst. de ing.* Hoc fit si-
ve ex duobus ingenuis, sive ex duo-
bus libertinis, sive ex altero libertino,
& altero ingenuo edati sunt, sive ex
matre.

LIBER I.

matre tantum libera, ac patre seruo;
quia partus, quoad statum, matrem se-
quitur. *d. pr. Inst. de ingen.*

De Libertinis.

Tit. 5.

Libertini sunt, qui ex iusta servi-
tute sunt manumissi. *prim. Inst. de Libert.*
Jure veteri Liberti seu libertini erant,
vel cives Romani, vel Latini Juniani,
vel Deditiorum numero erant. §. *Li-*
bertinorum. 3 d. 1. Jure novo posteriora
duo genera sublata sunt, & omnes
sunt facti cives Romani. *d. §. Libertino-*
rum. 3 in fin. Planè manumissio multis
modis procedit. *d. §. 3. vers. multis modis*
d. 1. de libert.

D. L. Fusia Caninia tollenda.

Tit. 7.

Et sublata lege Fusia Caninia tota
familia libertate donari potuit. *Inst. de*
L. Fus. Can. toll.

Qui

INSTITUTIONUM.

*Qui ex quibus causis man.
non lic.*

Tit. 6.

Prohibetur autem vel ratione
honorum. *pr. cum §. 1. seq. Instit. Quibus
ex caus. manum non lic.* vel ratione aeta-
tis. *§. cum fin d. 2.* Servi appellati sunt
à servando. *§. servi. 3. Inst. de jure person.*
Et servitus est constitutio juris gen-
tium, qua quis Domino alieno contra
naturam subijcitur. *§. servitus. 2. d. 1.*
Hæc de prima Divisione.

De his qui sui vel alieni juris sunt.

Tit. 8.

Jure civili omnes homines vel
sunt sui juris, vel alieni. *prin. Inst De his,
qui sui, vel alieni juris sunt.* Quæ divisio
ab una parte latius patet, quam supe-
rior: quia inter eos, qui alieni juris
sunt, non tantum servi, sed etiam li-
beri continentur. Ab altera autem
parte minus latè patet: namq; alieno
juri subjecti, sunt servi & liberi. *d. prin.*

B

d. 1.

LIBER I.

d. 8. Servi sunt in potestate Domini-
 rum §. in potestate 1. d. 1. Hæc potestas
 consistit, primo, in animadversione,
 & secundo in acquisitione. Animad-
 versio concernit vitam, & olim fuit
 infinita, quia jure veteri, domini vita
 & necis potestatem in servos habue-
 runt. d. §. in potestate 1. At postea fuit
 restricta. Non enim licuit Dominis
 sine causa sævire in servos §. sed hoc 2.
 d. 1. Acquisitio circa res occupatur: &
 quicquid acquirit servus, id Domino
 acquirit d. §. in potestate 1. & 1. tit. Inst.
 per quas personas nobis acquiritur. Finitur
 hæc potestas ijs modis, quibus servi
 manumittuntur. De quib. traditur §. liber-
 tinorum 3. multi 1. De libert. Hæc de servis

De Patria potestate.

Tit. 9.

Liberi sunt in potestate patria:
 pr. Inst. de patr. pot. Hæc constituitur
 vel, Natura, vel. Lege, Naturâ consti-
 tuitur justis nuptijs d. pr.

De Na-

INSTITUTIONUM

De Nuptijs.

Tit. 10.

Nuptias liberi homines inter se
 contrahunt: masculi quidem pube-
 res: at foeminae viri potentes *pri. Inst.*
de nupt. Sicut autem Nuptiae sive ma-
 trimonium, viri & mulieris conjun-
 ctio, individuam vitae consuetudinem
 continens. §. *nuptia. i. Instit. de patr. pot.*
 Lege constituitur legitimatione &
 adoptione §. *fin. de Nupt. t. t. de Adopt.*
 Legitimatio est actus civilis, quo filij
 naturales efficiuntur legitimi: cujus
 duo modi enumerantur §. *d. fin. de Nupt.*
 nempe matrimonium & curiae obla-
 tio.

De Adoptionibus.

Tit. 11.

Adoptio est actus legitimus, quo
 is, qui filius non est, pro filio suscipi-
 tur, & familiam & hereditatem con-
 sequitur *t. t. de Adopt.* Dividitur in ado-
 ptionem in specie & arrogationem.

B 2

§. ado-

LIBER I.

§. adoptio. 1. d. t. Adoptio in specie est, quæ fit imperio magistratus in eo eave, qui vel quæ alienæ sunt potestatis.
d. §. adoptio 1. Arrogatio est, quæ fit principali rescripto, seu autoritate imperatoria, in eo, eave, qui quævè sui juris sunt *d. §. 1.*

Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur.

Tit. 12.

Finitur patria potestas: primò, morte patris: secundò, deportatione: tertio, patriciatus dignitate: & quarto, emancipatione. 1. 1. Instit. quibus modis jus patriæ potestatis solvitur. Hæc de ijs, qui sunt alieni juris. Sui juris, homines familiarum suarum principes, sive puberes sive impuberes, qui patresfamiliàs appellantur. Et horum non est una, & eadem conditio & qualitas, sed diversa, nam alij sunt in tutela: alij in cura: alij neutro jure tenentur: pr. de Tutelis.

De

INSTITUTIONUM

De Tutelis.

Tit. 13.

In tutela sunt pupilli & impubes-
 res, qui sunt minores 14. annis, & sine
 tutoris autoritate negotia sua idonee
 & utiliter gerere nequeunt. De hac
 in Institutionibus quatuor loci gene-
 rales præcipue explicantur: Definitio:
 Divisio: officium tutorum: & causæ
 corrumpentes. Definitur tutela vis
 ac potestas in capite libero, ad tuen-
 dum eum, qui per ætatem seipsum de-
 fendere nequit, jure civili data & per-
 missa. §. est autem t. d. t. Et Tutores
 sunt, qui eam vim & potestatem ha-
 bent: unde dicti sunt quasi Tutiores,
 qui pupillos tuentur. Nihil enim tam
 naturale, quam ut is, qui seipsum de-
 fendere nequit, aliorum consilio re-
 gatur. Dividitur Tutela, 1. in Testa-
 mentariam, 2. Legitimam, & 3. Da-
 tivam.

B 3

Qui

LIBER I.

*Qui Testamento tutores dari
possunt.*

Tit. 14.

Testamentaria est, quando pater
ex L. XII. Tab. liberis suis, quos habet
in potestate, tutores testamento con-
stituit, § *permissum. 3. Inst. de Tutel.* Con-
stituuntur autem Tutores vel liberi
vel servi *pr. & § sed & servus. 1. Inst. qui
est. tut. dar. poss.* Liberi, ut paterfam-
lias vel Filius familias *d. pr.* At Servi
cum libertate *d. § 1.*

De Legitima Agnatorum tutela.

Tit. 15.

Legitima tutela est, quando ces-
sante hominis provisione, lex tutores
constituit. *pr. de legit. agn. tut.* Horum
tres sunt ordines, de quibus à *tit. XV.*
ad XX. usq. Primi sunt, agnati, qui ex-
pressis verbis L. XII. tabul. (deficien-
tibus testamentarijs) ad tutelam vo-
cantur *d. pr. de legit. agn. tut.* Et quia hæc
tutela, non naturali ratione, sed tan-
tum

INSTITUTIONUM.

tum civili est introducta. *d. r. § fin.* Idcirco fit, ut facile per capitis diminutionem tollatur *d. § fin.*

De Capitis Diminutione.

Tit. 6.

Est autem capitis diminutio, prioris status commutatio *pr. de cap. dimin.*
Cujus tria constituuntur genera:
Maxima, Media, & Minima, de quibus
tot. tit. de cap. dimis.

De Legitima Patronorum tutela.

Tit. 17.

Secundi ordinis patroni sunt, qui non expressis verbis L. XII. tab. sed per interpretationem tutores sunt dati: quia plerumq; ubi successionis est emolumentum, ibi etiam tutela esse debet *de r. s. Leg. patr. tutel.*

De legitima parentum tutela.

Tit. 18.

Tertij ordinis sunt, quibus neq;

B 4

ex

LIBER I.

ex verbis legis, neq; ex eius mente per interpretationem: sed ad exemplum tutela advenit, ut sunt parentes: nam hi liberorum suorum emancipatorum sunt tutores. s. l. de legis. paren. tutel.

De fiduciaria tutela.

Tit. 19.

Sicut autem parentes liberis suis dantur tutores: ita patre manumisso, re defuncto, si liberi perfectæ ætatis existant, illi Fiduciarij tutores fratris vel sororis efficiuntur.

De Attiliano tutore.

Tit. 20.

Dativa tutela est, quando deficientibus alijs tutelis, Magistratus dant tutores. s. l. d. Attil. Tut. Sicut enim cessante provisione hominis patris, succedit provisiõ legis mutæ: ita hac deficiente, succedit provisiõ legis loquentis nempè Magistratus.

Omnes

INSTITUTIONUM.

Omnes autem tutores, tam testamentarij, quàm legitimi & dativi, officio à legibus præscripto diligenter fungi debent. Hoc consistit partim in institutione seu informatione pupilli: partim in illius bonorum administratione; partim deniq: in autoritate præstanda. Institutio mores respicit pupilli: nam cum semper optimis moribus debet imbuere, quia præcipue pupilli personam habet sibi commendatam. Administratio postulat fidem & diligentiam, quam tutor non minorem adhibere debet, ac bonus paterfamilias in rebus proprijs adhibere solet.

De Autoritate tutorum.

Tit. 21.

At authoritas in re gerenda pupillo necessaria est, eaq; pure & in ipso negotio, & à præsentente tutere interponi debet. *s. l. d. auther. tut. & §. tutor n. 2. d. l.*

B 5

Qui-

LIBER I.

Quibus modis tutela finitur.

Tit. 22.

Finitur tutela varijs ex causis, quarum alia, ex persona pupilli: alia, ex persona tutoris: alia, extrinsecus veniunt; de quibus *l. 1. quib. mod. tut. fin.* Ex persona pupilli finitur, 1. Pubertate. 2. Capitis diminutione. 3. Morte *pr. §. Item. 1. §. simili, 3. & §. sed & capitis 4. vers. sed pupilli.* Quib. mod. tut. fin. Ex persona tutoris finitur etiam. 1. Capitis diminutione *d. vers. sed pupilli.* 2. Remotione à tutela ob suspicionem. *§. desinunt 6. d. tit. 3.* Excusatione iusta *d. §. simili 3.* At extrinsecus finitur conditionis existentia, & diei appensione *d. 1. §. sed & si usq; 2.* Hæc de tutela.

De Curatoribus.

Tit. 23.

In cura sunt puberes masculi & femina viri potentes, usq; ad 25. annum

INSTITUTIONUM.

num completum *Pr. de Curat.* Licet enim sint puberes, ejus tamen non sunt ætatis, ut sua negotia utiliter administrare possint *d. pr.* Et hæc est vel Legitima, vel Dativa. Legitima est, quæ à lege defertur proximis cognatis § *furiosi 3. de curat.* Dativa est, quæ constituitur ab ordinario magistratu *d. § furiosi 3. vers. sed solent.* Nulla est propria testamentaria cura § *datur 1. vers. sed curator d. t.* quia L. XII Tabul. noluit patriæ potestatis vim, post mortem longius durare, quam ad pubertatem usq;. Nam minor annis XIV. vim testamenti condendi consequitur. *l. à qua ætate 5. ff. de Test. & in suam tutelam venit. princ. infr. d. pupill. substit.* Itaq; patres ad eam usq; ætatem filijs testamenta facere possunt: post verò non possunt *l. moribus 2. pr. ff. de vulg. & pupill. substit.* Hæc de cura. Tutela autem & Cura tria hæc communia habent, de quibus tribus posterioribus titulis agitur,

De

LIBER I.

*De satisfactione tutorum vel
curatorum.*

Tit. 24.

Primum est, ut tutores & curatores satisfiant pignoribus aut fidejussoribus *s. s. de satisf. tutor. vel curat.*

*De excusatione tutorum vel
curatorum.*

Tit. 25.

Alterum est, ut si quis justam causam habeat, qua ab onere tutelæ vel curæ liberetur, aut excusetur, audiat: nemo enim injustè onerari & cum suo damno aliorum commodis intervenire cogi debet *s. s. de excus. tut. vel cur.*

*De suspectis tutoribus vel
curatoribus.*

Tit. 26.

Tertium est, ut tutores vel curatores suspecti removeantur, ne sc. lædatur quis per eum, à quo juvari debet *s. s. de susp. tut.* Nec prodest satisfactio,

INSTITUTIONUM,

tio, quia ea propositum malevolum
 non mutat; sed diutius grassandi in
 re familiari facultatem præstat *S. fin.*
d. 1. Hæc de ijs, quæ sunt tutelæ & cu-
 ræ communia. Tandem neutro jure
 tenetur, h. e. neq; in tutela, neq; in
 cura sunt ij, qui nullius potestatis sunt
 subiecti, sed qui planè sui juris sunt.
 De his non opus fuit in Inst. adijcere;
 quia cognitis ijs, qui sunt alieni juris,
 facilè deprehenditur, qui sui juris
 sunt: nam contrariorum & relativo-
 rum eadem est doctrina. Itaq; sui ju-
 ris sunt, qui non sunt alieni juris.
 Quam Victorinus definitionem vocat
καθ' ἐφαίρεσιν ἢ ἐναντίας, quia fit
 per remotionem contrarij. Et
 hæc de primo libro In-
 stitutionum.

¶(o)¶

B 6

LIBER

LIBER SECUNDUS.

Superiori libro de Fine Juris: de ejus principijs, & de prima parte Subjecti juris dictum est, se de jure personarum. Sequitur, ut de altera parte Subjecti agatur, quæ circa res versatur. Circa res hæc duo summa capita spectantur: Dominum & obligatio: de quibus ab hoc 2. libro usq; ad 1. 6 lib. 4. tractatur. Et circa dominia duo generales loci notandi: primò, quomodo res dividantur: secundo, quomodo acquirantur.

*De rerum divisione.**Tit. 1.*

Ad primum caput quod attinet, sciendum, omnes res, vel esse in patrimonio, vel extra patrimonium, *pr. de rer. divis.* Res extra patrimonium nostrum sunt vel divini vel humani juris. Divini juris sunt, vel

INSTITUTIONUM.

vel publicæ vel privatæ. Publicæ vel sunt sacre, ut ædes sacræ: & res divinis ministerijs dedicatæ. § *sacræ 8. d. 1.* vel sanctæ, ut muri & portæ civitatum. § *sanctæ 10. d. 1.* Privatæ sunt res religiosæ, ut monumenta, sepulchra. § *religiosum 9. d. 1.* Illæ fiunt autoritate publicâ; at hæ autoritate privatâ. Humani juris Res sunt vel communes. § *quidem 1. d. 1.* vel publicæ. § *flumina 2. d. 1.* vel universitatis. § *universitatis 6. d. 1.* Hæc de rebus extra patrimonium nostrum. In patrimonio nostro sunt res singulorum. § *singulorum 11. d. 1.*

De rebus corporalibus & incorporalibus.

Tit. 2.

Et hæ vel sunt corporales, vel incorporales. *Inst. de reb. corp. & incorpor.* Corporales sunt, quæ tangi possunt, & sunt vel mobiles, ut, vestis, mensa: vel se moventes, ut animalia: vel immobiles,

LIBER II.

biles, ut fundus domus. *d. t.* Incorporales, quæ tangi non possunt, sed quæ in jure consistunt. *vers. incorporales d. t.* Et hæc vel universales, ut, hæreditas, de qua infra: vel res speciales, ut, servitus, hoc est, jus quod nobis in alterius rebus competit.

De servitutibus rusticorum & urbanorum prædiorum.

Tit. 3.

Et est vel realis, vel personalis: Realis est, quæ è re debetur rei, & prædialis dicitur, quia sine prædijs non constituitur *§. Ideo 3. de servit. rustic. & urb. præd.* Et est vel prædiorum rusticorum, ut, iter, æctus, via, aquæ ductus, *pr. d. t.* vel urbanorum, ut stillicidium, jus altius non tollendi ædes vicinas. *§. prædior. i. d. t.* Utraq; servitus constituitur pactioibus seu stipulationibus, vel testamentis *§. fin. d. t.* Personalis servitus est, quæ è re debetur personæ.

INSTITUTIONUM.

sonæ. Hujus generis sunt Ususfructus, Usus, Habitatio.

De Usufructu.

Tit. 4.

Usufructus est jus alienis rebus utendi, fruendi, salva rerum substantia *pr. de usufruct.* Constituitur usufructus ijs modis, quibus reales servitutes constitui diximus: nempe pactis & testamentis, §. *constituitur 2. d. 1.* Et finitur morte usufructuarij, capitis diminutione, non utendo, cessione, & consolidatione, & rei interitu, §. *terminatur. 3. d. 1.*

De usu & habitatione.

Tit. 5.

Usus est jus alienis rebus utendi tantum, non etiam fruendi: minus enim juris est, in usu, quam in usufructu. §. *minus. 1. de usu & habitate.* Constituitur autem & finitur ijsdem modis, quibus usufructus constituitur & desinit.

LIBER I.

definit *pr. d. 1.* Habitatio est jus in alienis ædibus habitandi § *sed si cui habitatio §. d. 1.* Hæc de divisionibus rerum. Rerum dominia acquiruntur duplici via, vel singulariter, vel universaliter. Res singulæ acquiruntur, vel jure gentium, quod omnibus commune est: vel jure civili, quod proprium est civium Romanorum § *singularum 11. De rer. divis.* Atq; ita modi rerum singularium, vel sunt naturales, seu juris gentium, vel civiles. Jure gentium res singulariter acquiruntur, tribus generalibus modis. 1. Occupatione. 2. Accessione. 3. Traditione *1. 1. de rer. divis. & acquir. rer. domin.* Occupatio vel circa animalia, vel circa hostes, vel circa res versatur. Occupatio circa animalia, tres sub se continet modos. 1. Venationem. 2. Aucupium. & 3. Piscationem. § *fera igitur bestia 12. usq; ad § thesauros 40.* Occupatio circa hostes, est tam hominum, quam animalium, & tam rerum mobilium, quam immo-

INSTITUTIONUM.

immobilium, § *item ea 17. d. 1.* Occupatio circa alias res inventio dicitur. Et fit vel re non occultatâ vel occultatâ. Re non occultatâ fit in rebus, quæ in nullius bonis sunt, sed esse possunt, id est, possunt habere Dominum, ut sunt lapilli, gemmæ & cæteræ res quæ in mari inveniuntur. § *item lapilli 18. d. 1.* Re occultatâ fit in thesauro. § *thesauros 40. d. 1.* Hæc de occupatione. Accessio est vel simplex, vel mixta: Et simplex est vel naturalis, vel artificiosa. Naturalis est, quando operante natura, sine hominum labore & industria rebus nostris aliquid accedit. Hæc rursus est vel discreta vel continua. Discreta est, quando ex nostris animalibus procreatur aliquid, & foetura animalium dici potest. § *item ea 19. & in pecudum 38. d. 1.* Continua, quæ fit per alluvionem, quæ est latens Incrementum. § *præterea 20. h. 1. cui similis circumfluvio. § Insula 22. vers. quod si aliqua. cum § seq. d. 1.* Item alluvio seu

LIBER II.

seu inundatio §. *alia. 24. d. 1.* Ad hanc
 etiam pertinet insula, quæ est duplex,
 marina & fluviatica. d. §. *Insula. 22.*
d. 1. Artificialis accessio est, quando
 nostris rebus humano labore & indu-
 stria aliquid accedit. Hujus speciales
 modi sunt septem: 1. Specificatio §. *cum*
ex aliena. 25. d. 1. 2. Textura vel Sutura,
 §. *si tamen 27. d. 1. 3.* Commixtio seu
 Confusio. §. *si duorum 28. d. 1. 4.* Aedifi-
 catio. §. *cum in suo solo 30. d. 1. 5.* Plan-
 tatio, §. *si Titius 32. d. 1. 6.* Satio, seu fe-
 minatio. §. *qua ratione 33. d. 1. & 7.* Scri-
 ptura §. *litera quoque 34. d. 1.* Ratio ho-
 rum omnium est: quia adjuncta in-
 sunt & inhaerent subjectis: & quia ac-
 cessorium sequitur naturam principa-
 lis, tum quia id cedere debet ei, quod
 sine illo esse non potest. *l. in rem. 23. §.*
sed & id 3. ff. de rei vindica. Mixta acces-
 sio est in fructibus, qui sunt vel natu-
 rales vel industriales. Illi naturali
 fecunditate ex corpore absq; homi-
 nis singulari facto nascuntur, ut po-

MA-

INSTITUTIONUM.

ma, pira & alij fructus. Hi autem ex
 fatione atq; hominis cultura produ-
 cuntur, ut sunt fruges, semina, vinum,
§. si quis à non domino 36. d. 1. Hæc de
 altero modo generali. Tertius genera-
 lis modus acquirendi rerum dominia
 vocatur Traditio: nihil enim tam
 conveniens naturali æquitati, quam
 voluntatem domini, volentis rem
 suam in alium transferre, ratam haberi,
§. per traditionem 41. d. 1. Hæc vel est
 vera, vel est ficta. Vera est, quæ fit ipso
 actu & corpore. *d. §. per traditionem.* At
 ficta magis fit affectu, quam corpore.
 Hæc de modis naturalibus res acqui-
 rendi. Cæterum ejusmodi res singula-
 res, de quibus jam dictum, per certas
 personas vel acquiruntur vel alienari
 non possunt.

Per quas personas cuiq; acquiritur.

Tit. 9.

Acquiruntur vel per nos metipfos,
 vel per alios *pr. per quas person. cuiq;
 acquir.*

LIBER II.

acquir. Et hi sunt vel alieni juris, vel
 sui juris, Alieni juris sunt servi. li-
 beri nostri: jam per liberos nostros in
 potestate adhuc nostra constitutos,
 quicquid acquiritur, id nobis ceu pa-
 rentibus acquiritur: quia liberi sunt
 in potestate parentis, & cum patre
 eandem constituunt personam. § *igi-
 tur liberi l. d. t.* Itaq; cum liberi sint pa-
 rentis: consequenter etiam id paren-
 tis est, quod acquiritur, *d. § igitur li-
 beri l.* Est tamen videndum, an acqui-
 rant ex re parentis, an verò extra rem
 parentis: illic totum patri acquirunt;
 hic verò sibi proprietatem ut patri
 usumfructum acquirunt *d. § l. vers. quod
 nobis d. t.* Excipe peculium castrense,
 quia in his filius familias, patris fami-
 lias loco habetur *d. vers. quod nobis.* Sic
 etiam quicquid servi acquirunt, do-
 minis acquirunt, quia sunt vel haben-
 tur dominorum loco, & domini illis
 pro instrumentis utuntur: & sunt
 servi re. verà potestati dominorum
 sub.

INSTITUTIONUM.

Subjecti: Item servi: Rechnung hal-
ter der aufgabe / vnd einname / oder für
welche muß ein lohn geben werden: Sum-
ptuarij vel usufructuarij, vel bona fide à do-
minis possessi: § Item vobis acquirunt 3.
d. t. Unde fit, ut quicquid liberi & ser-
vi acquirunt, statim fiat parentum &
dominorum; ut ne quidem momen-
to apud eos fuisse habeatur vel existi-
metur: nam qui ipse possidetur, vel
habetur, nihil possidere. vel habere
potest, p. § Item vobis d. t. Sui juris ho-
mines sunt personæ extraneæ, ut pro-
curatores, & hi non solum scientibus
nobis, sed etiam ignorantibus acqui-
runt, § ex hi itaq; s. d. t.

Quibus alienare licet vel non.

Tit. 8.

Alienari res prohibentur vel ra-
tione rerum, vel personarum t. t. quib.
alien. lic. vel non. Ratione rerum, ut
prædium dotale, quia hujus alienatio
L. Julia fuit prohibita. pr. d. t. Ratione
per-

LIBER II.

personarum, ut pupilli, minores XXV^o annis, furiosi. prodigi: Nam hi sine curatoribus vel tutoribus non rectè sua bona alienant: quia vel iudicio carent, vel imperfectum & planè obfuscatum habent iudicium. §. *nunc admonendi. 2. d. t.* Hæc de personis, quæ acquirere vel alienare possunt, aut non possunt. Jure civili rerum dominia singulariter acquiruntur. 1. Usucapione. 2. Donatione. 3. Legato, & 4. Fideicommissio singulari.

De Usucapionibus & longi temporis præscriptionibus.

Tit. 6.

Usucapio est acquisitio rerum, per usum legitimi temporis jure civili instituta *l. usucapio. 3. ff. de usucap.* Et hæc vel est rerum mobilium, vel immobilium. *pr. de usucap.* Res mobiles jure veteri per annum, at jure novo per triennium acquiruntur *d. pr.* At immobiles jure antiquo in solo Italico

co

INSTITUTIONUM.

co per biennium : at novo jure inter
praesentes decem annis : inter absen-
tes autem viginti annis acquiruntur
d. pr. Requiritur in Usucapione. 1. bo-
na fides sine fraude *d. pr.* 2. Justus ti-
tulus, ut emptio, venditio, donatio

S. error. 6. d. 1. 3. possessio non inter-
rupta *d. pr. vers. & cum hoc placitum erat*
d. 1. Finis usucapionis est, ne rerum
dominia sint in incerto *d. pr. & ut ali-*
quis sit litium finis l. 1. ff. de usucapionib.
Hæc de Usucapione.

De Donationibus.

Tit. 7.

Donatio est alicujus rei datio, ita
facta, ut res accipientis fiat. *l. donationes 1.*
pr. ff. de donat. Hujus duo sunt genera, seu
species : Donatio mortis causa, & non
mortis causa *pr. d. donation.* Mortis causa
donatio est, quæ fit mortalitatis cogita-
tione *S. mortis. 1. d. 1.* vel est, cum ma-
gis se quis velit habere rem, quam
eum, cui donat : magisq; eum, cui do-
nat, quam hæredem suum, *d. ff. mortis*
vers

C

LIBER II.

vers. & in summa d. t. Et hæc legato comparatur *d. §. vers. hæc mortis causa.* Non mortis causa donatio est. quæ fit inter vivos cum quis sine mortis, cogitatione donat, *§. alia a. donationes 2. d. t.* Hæc vel est simplex, vel non simplex. Simplex est, cum quis simpliciter sine cogitatione mortis, alteri donat aliquid *d. §. alia a.* In hac præcipuè consideratur perfectio, cum donatur suam voluntatem scriptis, vel sine ijs perficit, & necessitas traditionis requiritur ad exemplum venditionis *d. §. 2. vers. perficiuntur a. cum §. seq. d. t.* Non simplex donatio vocatur donatio propter nuptias, quæ olim vocabatur ante nuptias, & est munus à marito propter dotem & nuptias mulieri concessum. *§. est & aliud 3. d. c. l. si constante 19. & ibi auth. sed cum l. seq. C. de don. aut. nupt.* nam ut mulier marito affert dotem, ita maritus uxori affert donationem propter nuptias: quæ est *à vxo d. &* levamentum dotis. Hæc de donatione

De

De Legato.

Tit. 20.

Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda. § *legatum 1. De legat.* Et legare possunt omnes, qui testamenti faciendi jus habent, imo & his legari potest, § *legari a. 24. d. 1.* Consistit legatum vel in arbitrio testatoris, vel in arbitrio legatarij: Si consistit in arbitrio testatoris, tum legatum vel est speciale vel generale. Speciale complectitur tantum res corporeas, quam incorporeas. Corporeæ res vel singulæ legantur, vel universæ: Singulæ vel propriæ § *non solum. 4. d. 1.* vel alienæ d. § *non solum 4.* vel alteri obligatæ. § *sed etsi rem 5. d. 1.* Res universæ sunt 1. Grex. § *si grex 18.* 2. Domus § *ædibus 19.* 3. Peculium, § *si peculium 20. d. 1.* Incorporeæ res sunt actiones, servitutes, alimenta § *tam a. 21. d. 1.* Generale legatum est, cum legatum est genus sc. infimum: nam,

LIBER II

§ legetur genus generalissimum, ut substantia, non valet legatum: neq; si legetur subalternum, ut animal: sed species & individuum, ut servus, vel hic servus meus. § *si generaliter* 22. d. 1. Et in hoc legato electio competit legatario d. § *si generaliter*. Quod si vero legatum consistit in arbitrio legatarii, tum dicitur optionis legatum. § *optio- nis* 23. d. 1. Omne autem legatum olim post hæredis institutionem fiebat. § *ante hæredis* 34. d. 1. Dissentanea Legatorum sunt Ademptio & Translatio Legatorum. Adjunctum verò est Lex Falcidia.

*De Ademptione & Transla-
tione legatorum.*

Tit. 21.

Ademptio Legatorum ideo lo-
cum habet, quia testatoris voluntas
ambulatoria est, usq; ad extremum
vitæ halitum l. *quod si itorum* 4. ff. d.
ademp. legat. Et fit, vel eodem testamen-

to.

INSTITUTIONUM.

to, vel codicillis; idq: vel contrarijs
 verbis, vel alijs quibuscunq; *pr. de
 adempt. legat.* Translatio legatorum est,
 cum legata in eodem testamento,
 vel in codicillis ab uno in alterum
 transfertur. *§ transferri 1. d. 1.*

De Lege Falcidia.

Tit. 22.

Lex Falcidia est jus, quo modus
 legatis est impositus *pr. de l. Falcid.* nam
 hoc cavetur, ne quis ultra dodrantem,
 id est, quartam partem totorum bo-
 norum legare possit *d. pr. vers. & cum
 super d. 1.* Quantitas autem patrimonij
 ad quam ratio L. Falcidiæ dirigitur,
 mortis tempore spectatur: quia tum
 cedunt legata *§ quantitas 2. d. 1.* Ex fini-
 tur deducto ære alieno, funeris im-
 pensis, & precijs servorum manumif-
 sorum. *§. cum a. 3. d. 1.* Item deducto
 omni superfluo, quod extra bonorum
 quantitatem est relictum *d. §. cum a. 3.*
 Hæc de Legato & hujus dissentaneis,
 cum adjunctis.

De

De singulis rebus per fidei commissum relictis.

Tit. 24.

Fideicommissum singulare, est jus, quo testatori obliquum in re certa per intermediam personam succeditur *s. s. de sing. reb. per fid. relict.* Et hęc res singulę relinquuntur tam proprię, quàm alienę, ut hęcdis, legatarij, & fideicommissarij *§. potest i. d. s.* Hoc solum observandum est, ne quisquam plus rogetur alicui restituere, quàm ipse ex testamento accepit. *d. §. i. vers. hoc solum d. s.* Hęc de modis, quibus jure civili singulariter rerum dominia acquiruntur. Universaliter jure civili res acquiruntur tribus modis, 1. Successione. 2. Arrogatione, & 3. additione bonorum libertatis causã. Successio vel est civilis, & proprię hęcditas dicitur, vel est prętoria, & dicitur bonorum possessio. Hęcditas est successio in universum jus, quod

INSTITUTIONUM.

quod defunctus tempore mortis habuit. *l. hereditas 62. ff. de R. 1.* Est vel testamentaria, vel legitima. Illa ex testamento, de qua *lib. 2. Inst. a. tit. 10. usq. ad ejusdem finem* agitur: hæc ab intestato datur, de qua *lib. 3. tit. 1. cum 8. tit. seqq.* agitur.

De testamentis ordinandis.

Tit. 10.

Testamentum est voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. *l. 1. ff. quæ test. fac. poss.* Hoc jure veteri, vel civile fuit, vel prætorium. Civile fiebat, vel calatis comitijs, vel in procinctu, vel per æs & libram. *§. sed ut 1. de testam. ordin.* Prætorium fiebat septem testium assignatione. *§. sed prædicta 2. d. 1.* At jure novo testamentum aliud est firmum: aliud inofficiosum, aliud infirmum. Firmum testamentum vel est scriptum vel non scriptum: Scriptum rursus est solenne, vel minus solenne,

LIBER II.

lenne. Solenne est, quo hæredis nomen scribitur, quodq; septem testium subscriptionibus & signaculis uniceo contextu est celebratum §. *sed cum paulatim 3 d. r.* In hoc personæ & requisiti sunt notanda & consideranda. Omnes autem illi testamentum solenne facere possunt, qui non sunt prohibiti. —

Quibus non est permiffum facere testamentum.

Tit. 12.

Prohibentur alij ratione potestatis; alij ratione ætatis; alij ob vitium animi vel corporis, alij demq; ratione morum. Ratione potestatis prohibentur, qui alienæ potestati sunt subiecti, ut filijfamiliâs, & captivi *pr. & §. ejus fin. quib. non est permis. fac. test.* Non enim testamentum ab alieno arbitrio pendere potest. *l. illa institutio 32. pr. ff. de hæred. instit.* Ratione ætatis prohibentur impuberes §. *præterea 1. Inst. d. r.* quia

INSTITUTIONUM.

quia horum iudicium minus plenum est. *d. §. præterea.* Ob vitium corporis prohibentur surdi, muti: & cæci. *§. item surdus 3. d. 1.* Hi tamen in tali defectu cum certa solennitate testari possunt *l. decreti. 10. C. qui fac. test. non poss.* Deniq; ratione morum prohibentur prodigi *§. item prodigus 2. quib. non est permis. fac. test.* quia ut furiosi desipiunt animis: ita prodigi desipiunt moribus. Hæc de personis. Requisita huius testamenti sunt quatuor: septem testes: signacula testium: subscriptiones testium: & nomen hæredis. *d. §. sed cum paulatim 3. de test. ordinan.*

De hæredū qualitate & differentia.

Tit. 19.

Hæredes autem sunt in triplici differentia *s. 1. De hæred. qual. & differ.* Alij sunt necessarij, ut filius, & filia *§. sui a. 2. d. 1.* Alij verò sunt extranei, ut sunt, qui testatoris juri non sunt subiecti *§. ceteri 3. d. 1.* Et huiusmodi hære-

C 5

LIBER II.

hæredes in testamento debent exprimi, quia hæredis institutio, caput & fundamentum est testamenti. §. *ante hæredis institutionem 34. de legat.* Hæc institutio vel est prima, vel est secunda,

De hæredibus instituendis.

Tit. 14.

Prima retinet nomen sui generis, & institutio vocatur, & est nihil aliud quam hæredis designatio primo gradu facta *l. 1. de hæred. instit.* Hic hæres vel est liber homo, vel est servus, tam proprius quàm alienus *pr. d. 1.* Fit autem institutio vel æqualiter vel inæqualiter. Illud fit, vel æquali partium assis distributione, quæ sunt uncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx. bes, dodrans, dextrans, deunx, assis, § *hereditas 5. & seq. d. 1.* Vel fit nulla partium factâ mentione *d. § si plures.* Hoc fit similiter vel inæquali distributione partium assis: vel partibus in quorundam personis

NON

INSTITUTIONUM.

non expressis *d. §. si plures.* Modus in institutione hic servatur, ut hæredes scribi possint purè, & sub conditione *§. hæres 9. d. 1.* Non scribi possint ex certo tempore, & ad certum tempus, & sub conditione impossibili *d. §. hæres 6. §. impossibilis 10. d. 1.* Hæc de institutione prima.

Secunda institutio vocatur substitutio, & est secundi hæredis, in locum prioris deficientis, designatio *t. 1. de vulg. & pup. substit.* Dividitur in directam & indirectam. Directa est quando hæres propria autoritate accepit hæreditatem, hæc rursus vel est vulgaris, vel pupillaris.

De Vulgari substitutione.

Tit. 15.

Vulgaris, qua vulgaribus & apertis verbis directè fit in casum non acquisitæ hæreditatis, ut: si Titius hæres non erit, Se jus hæres esto *t. 1. De vulg. & pupill. substit.*

De

LIBER II.

Depupillari substitutione

Tit. 16.

At pupillaris substitutio est, quæ pupillari tantum fit ætati, hoc modo: Titius meus hæres esto, si hæres erit & antequam in suam tutelam venerit, moriatur. Titius hæres esto *t. t. de pupill. subst.* Indirecta substitutio est, cum substitutus de manu alterius accipit hæreditatem, & dicitur Fideicommissaria *t. t. de fideicommiss. her.*

*De Fideicommissarijs hæreditatibus;
& ad. S. C. Trebellianum.*

Tit. 23.

Est autem fideicommissum jus, quo testatori obliquè per intermediam personam succeditur, ut *h. t. D. fideicommiss. her.* Et est duplex: universale & singulare. Universale est, cum hæres totum patrimonium, alteri restituere rogatur: ut, peto abs te hæres, ut hæreditatem meam Titio restituas. *S. imprimis 2. d. t. De Fideicommissio singulari*

INSTITUTIONUM.

gulari est dictum. Et quia sæpè accidit, ut hæres ita institutus nollet adire hæreditatem: idcirco S. C. Pegasianum, imperante Vespasiano, factum est, ut sc. fideicommissum restituere rogatus, quadrantem retinere possit *§. sed quia s. d. r.* Ita tamen, ut hæreditatis commoda & incommoda inter eum & fideicommissarium pro rata parte communicarentur. *§. si quis una aliqua reg. d. r.* Quod igitur Lex Falcidia est in legatis: id S. C. Pegasianum est in fideicommiss: At lege Justiniani S. C. Pegasiani vis omnis in S. C. Trebellianum est transfusa adeò ut hodiè non ex S. C. Pegasiano, sed ex Trebelliano omnia fideicommissa restituantur *d. §. sed quia s.* Et hæc de testa: solenni. Minus solenne testamentum; est testamentum militare & codicilli.

De Militari testamento,

Tit. II.

Testa-

LIBER II.

Testamentum militare est, quod à militibus fit in castris. Hoc idcirco minus solenne dicitur, quia solennia testamenta per Principes, Julium, Titium, Domitianum, Nervam & Trajanum militibus sunt remissa §. 1. de milit. testam. l. 1. pr. ff. eod. Arma enim magis, quam jura milites scire existimantur l. scimus fin. pr. C. de jure liber. Sunt autem milites vel armati, vel rogati. Armari rursus testamentum faciunt, expeditionibus occupati, vel in ædibus suis, aut alijs in locis. Primo casu id faciunt, vel in ipso belli conflictu, vel extra conflictum. Si in conflictu, tum si quid in vagina aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus annotaverit, hujusmodi voluntas servanda est, pr. Inst. & l. militis 15, C. eod. d. test. mil. Si extra conflictum, duo testes ad significandam voluntatem, sufficiunt l. Divus 24. ff. d. t. Secundo casu, aut testantur intra annum post missionem, & testamentum jure militari

INSTITUTIONUM

rari valet §. *sed haecenus 3. d. t.* Aut testantur post annum, & communi jure testari debent *d. pr. vers. illis autem temporibus d. t.* Milites togati (ut sunt Assessores & Advocati; Advocati enim dicuntur milites in foro) de peculio quasi castrensi, jure communi testari debent. § *sciendum 6: d. t.*

De Codicillis.

Tit. 25.

Codicillus est voluntatis nostrae, minus solennis sententia de eo, quod post mortem nostram fieri velimus, sine haeredis institutione facta, *t. t. de codicill.* fit vel cum testamento, vel intestato. Quando fit cum testamento, tum confirmatur vel in praesens, vel in praeteritum, vel in futurum tempus *l. conscriuntur 8. in prin ff. eodem.* Sine testamento fit, quum vocatis quinq; testibus, ultimam suam voluntatem declarat. *l. si quis, ult. § in omni fin. C. d. t.* Causa finalis codicilli est necessitas & utili-

LIBER II.

utilitas morientium, ut quibus rite testari non datur, saltem codicillo ultimam voluntatem declarare possint. *pr. Inst. vers. dicitur a. d. 1.* Et hæc de testamento firmo, quod scripto comprehenditur. Non scriptum firmum testamentum dicitur nuncupativum, & est, quo hæredis nomen vivâ voce nuncupatur septem testibus præsentibus §. *fin. de test. ord.* Hæc de testamento firmo.

De inofficioso testamento.

Tit. 18.

Inofficiosum testamentum est, in quo liberi vel parentes vel fratres immeritò exhæredati sunt *t. 1. De exhæred. lib.* Hoc testamentum per quærelam inofficiosi infirmatur, quia petitur à iudice, ut testamentum quasi contra pietatis officium conditum rescindat *pr. De inoff. testam.* Et competit tribus personarum generibus. Primò liberis, tam naturalibus quam legitimis.

§. 1. 170

INSTITUTIONUM

§. tam a. 2. Secundò parentibus. Hi enim de testamento filiorum; emancipatorum rectè conqueruntur, §. non a. 1. d. 1. Tertiò sororibus & fratribus consanguineis: sic sc. turpes personæ sunt institutæ. d. §. non a. 1. vers. soror. Causa hujus quærelæ est exhæredatio sine causa. d. pr.

De Exhæredatione liberorum.

Tit. 13.

Est autem exhæredatio exclusio ab hæreditate *l. 1. de exhæred. liber.* Estq; duplex: tacita & expressa. Tacita fit in expeditione, à milite occupato §. *sed si in expeditione 6. d. 1.* vel à matre, aut avo materno §. *mater 7. d. 1.* Horum tamen nempe matris & avi materni testamentum impugnatur possessione bonorum, contra tabulas, & quærelâ inofficiosi *d. §. mater 7. in fin.* Expressa exhæredatio fit à patre, vel ab avo paterno. Hi enim filios quos in potestate habent, vel hæredes instituere, vel

LIBER II.

vel ex hæredes nominatim facere debent *pr. d. 1. Hæc de inofficioso.*

Quibus modis testamenta infirmentur.

Tit. 17.

Infirmitas testamentum est, quod jure quidem est factum, ac ex causa rumpitur, & fit irritum, *t. 1. quibus modis test. infirm.* Rumpitur tribus modis. Primò, agnatione sui hæredis §. *posthumus l. de exhered. liber.* Secundò, quasi agnatione, quæ contingit, vel quando post conditum testamentum, testator aliquem adoptat: vel quando filius, mortuo avo, recidit in potestatem patris: vel deniq; quando priore de patris potestate subducto, ulterior in ejus locum succedit. §. *post humorum 2. d. 1. §. rumpitur. 1. quib. mod. test. inf.* Tertiò, irritum fit, per omnem capitis diminutionem; ut si testator post conditum testamentum fit servus pœnæ, aut si deportatur vel adoptatur. §. *non*

tamem

INSTITUTIONUM.

liber 6. d. t. Et tantum de successione
civilis ex testamento.

LIBER TERTIUS.



Upralibro secundo dictum; acquiri nobis vel particulariter, vel universaliter: & posterius per successionem, arrogationem: & additionem bonorum, Successionem esse; vel civilem: vel pratoriam. Civilem hereditatem appellari & esse vel testamentariam: vel legitimam. De testamentaria à titulo de Testamentis, usq; ad finem libri secundi dictum. Jam sequitur, ut 1. de legitima hereditate dicatur, 2. de bonorum possessione, 3. arrogatione, & 4. additione bonorum.

De hereditatibus quæ ab intestato deferuntur.

Tit. 1.

EA

LIBER II.

Est autem legitima hæreditas, quam Lex XII. tabul. aut. S. C. aliquod ab intestato defert. *l. l. de hæred. que ab intestato defer.* At intestatus aliquis dicitur quatuor modis: nam intestatus decedit qui aut omninò testamentum non fecit: aut non jure fecit: aut id, quod fecerat, ruptum irritumvè factum est: aut deniq;, si ex eo, nemo hæres extiterit, ut dicit *Iustinianus in pr. d. l.* Hæc successio triplex est: 1. Liberosum hominum. 2. Servorum, & 3. libertorum. in successione libero- rum hominum, tres sunt ordines. Primus est suorum hæredum, h. è. libe- rorum: qui in morientis potestate erant, sive illi naturales sint, sive ado- ptivi §. *sui 2. d. l.* Et horum duo sunt genera. Nam alij naturâ sui sunt, ut filij familiâs, & filijfamiliâs: alij suc- cessione: ut nepotes aut posteriores, qui in filiorum locum vacuum succe- dunt, *d. §. vers. ita demum.*

De

INSTITUTIONUM.

De legitima agnatorum successione.

Tit. 2.

Secundus ordo est agnatorum, h. e. illorum, qui per virilem sexum inter se vel verâ vel fictâ cognatione, h. e. adoptione conjuncti sunt *pr* §. sunt autem *1.* & § per adoptionem. *2.* De *egit agn. success.* veluti fratres ex eodem patre nati, qui consanguinei dicuntur: Item nati ex duobus fratribus, qui patruales dicuntur *d. §. 1. vers. eodem numero.* Et horum, quia Remp. & administrant & propugnant, secundum externa principia major habetur ratio. At ex ratione naturali civilis juris angustia paulatim sunt mitigatae

De Senatusconsulto Tertulliano.

Tit. 3.

Nam S. C. Tertulliano mater succedit liberis.

De Senatusconsulto Orfitiano.

Tit. 4.

S. C.

LIBER III.

S.C. Orphitiano liberi succedunt,
matri exclusis agnatis ff. c. t. Ad S.C. Ter-
tull. & Orphit. Ratio utriusq; S. C. est
quia durum & inhumanum videtur,
agnatos parentibus aut liberis præfer-
ri. Tertius ordo est cognatorum:
Nam si neq; sui, neq; agnati sunt hæ-
redes, prætor bonorum possessionem de-
fert cognatis.

De success. cognat.

Tit. 5.

Dicuntur autem cognati qui per
muliebrem sexum inter se sanguine
conjuncti sunt: veluti sororis filius,
avunculus, matertera, liberi vulgò
quæsitii. §. eos. 2. & §. vulgò 4. d. *success.
cogn.*

De gradibus cognationum.

Tit. 6.

Superior cognatio est parentum:
inferior est liberorum. Et transver-
so fratrum sororumq; , & eorum ea-
rumq; , qui quævè ex his generantur.

pr. d.

INSTITUTIONUM.

pr. de grad. cognat. vers. superior. Ad hos autem gradus rectè computandos in patres ascendere oportet, ad communem stipitem: nempe à te ad patrem tuum, qui unum gradum facit: & à patre ad avum communem (si fortè de patruelis cognatione quæras) qui secundum: deinde descendere à communi stipite ad eum, de cujus cognatione quæritur: ut à communi illo avo ad patrum, qui tertium efficit: & à patruo ad ejus filium, qui quartum: sic ut patruelis quarto gradu junctus tibi reperiat, Hæc de successione liberorum hominum.

De servili cognatione.

Tit. 7.

De servile cognatione & successione, humanitatis ratione placuit, ut si natis ex servo & ancilla liberis post omnes manumittantur, inter se succedant *t. d. serv. cogn.* Hæc de successione servorum.

De

LIBER II.
De successione libertorum.
Tit. 8.

At libertorum successio, de-
cedentibus libertis sine liberis, defertur
patronis. Olim quidem licuit liber-
to impunè patronum suum testamen-
to præterire: sed postea edicto præto-
ris, & tandem constitutione Impera-
ris Justinian. iniquitas L.L. XII, tabul.
emendata *t. t. de success. libert.*

De assignatione libertorum
Tit. 9.

Quoniam autem præter jus suc-
cessionis, liberti patronis etiam ope-
ras debent: possunt patroni ex S. C.
hoc jus vel omnibus suis liberis æqua-
liter relinquere, vel certos libertos
certis filijs aut filiabus assignare, *t. t.*
d. assignat. libert. Et hæcenus de suc-
cessionis civili dictum sit.

De bonorum possessionibus.
Tit. 10.

Prætoriam possessio dicitur bono-
rum

INSTITUTIONUM.

rum possessio, quæ est alter modus ac-
quirendi res per universitatem. De-
finitur jus persequendi, retinendiq;
patrimonij, sive rei, quæ cujusq;, cum
moritur, fuit: prætoris auxilio intro-
ducta est. *pr. De honor. possess.* Nam cum
jure civili multi ab hæreditate exclu-
derentur, quas excludi parum æquum
videretur: Idcirco prætor ijs per bo-
norum possessionem subvenit *l. i. de
honor. possess.* Hujus species duæ sunt:
nam alia datur ex testamento, ut pos-
sessio bonorum secundum vel contra
tabulas; alia ab intestato: ut bono-
rum successio, unde liberi: unde legi-
timi, seu agnati: unde cognati: & tan-
dem unde vir & uxor §. *unt. a. i. cum
§. seq. d. r.* Hæc de bonorum posses-
sione.

De acquisitione per adrogationem.

Tit. II.

Tertius modus res universaliter
acquirendi dicitur adrogatio: Nam

D

cum

LIBER III.

cum paterfamilias adrogandum se alicui tradit, non solum ipse in potestatem adrogatoris transit, sed & bona eius pleraq; omnia *s. s. de acqvis per arrog.*

De eo, cui libertatis causa bona addicuntur.

Tit. 12.

Quartus modus universaliter acquirendi vocatur addictio bonorum, quæ ab Imper. Marco partim ut libertates conservarentur, partim ut defuncti exstimationi consulere, instituta est *pr. & §. & ita divi 1. de eo cui libert. caus. bona. addic.* Et hæc universitas rerum acquiritur, cum testatori, qui plures libertates reliquit testamento, nemo hæres existit: & unus vel plures exijs, quibus libertates relicte sunt bona sibi tanquam hæredibus libertatum gerendarum causa addici petunt *s. t. de eo, cui libert. caus. bon. addic.*

De

INSTITUTIONUM

*De successione sublati, qua fiebat
per bonorum venditiones. &*

*ex Senatusconsulto,
Claudio.*

Tit. 13.

Præter jam dictos quatuor modos
acquirendi res per universitatem,
erant jure veteri alij duo. Primus
fiebat per solennem venditionem bo-
norum debitoris in judicio ordina-
rio. Alter fiebat, quando mulier li-
bera servo alieno mixta, in domini
potestatem cum omnibus suis bonis
transibat. De quibus agitur *t. r. d.*
success. sub quo fieb. per bonor. vendit. ex
S. C. Claud. Et hæc de dominio. Nunc
de obligatione, quæ non ad actionem,
sed ad res pertinet, de quibus agitur
lib. 3. Instit. a tit. 14 usq. ad tit. 6. lib. 4.

De Obligationibus.

Tit. 14.

D 2.

Supra

LIBER III.

Supra *lib. 2. in pr.* dixi circa alteram partem subjecti juris, duo capita spectari: Dominium & Obligationem. Cum itaq; hactenus de primo capite dictum: consequens est, ut etiam de altero dicatur.

Est autem obligatio juris vinculum, quo necessitate astringimur, ad cuius rei solvendam, secundum nostram civitatis jura, *pr. de obligat.* Dividitur vel à causa efficiente, vel à propria rei substantia, vel à materia. A causa efficiente sumpta est divisio, qua obligatio alia dicitur civilis, alia prætoria, *§. omnium 1. d. s.* Civilis est, quæ juris civilis autoritate munitur: quia vel lege constitutâ, vel certo jure civili introducta est. *d. §. omnium 1.* Prætoria est, quæ nullam civilem naturam habet, sed quæ ex sola prætoris jurisdictione venit *d. §. omnium 1.* A propria rei substantia obligatio dividitur in naturalem & civilem *l. naturales 10. ff. de*

INSTITUTIONUM.

de obligat. & action. Naturalis est, quæ tantum vinculo naturali: at civilis, quæ civili vinculo obstringit contractantes *l. juri gent. 7. ff. de pact.* A Materia dividitur obligatio in contractus & maleficia: oritur enim vel ex contractu, vel ex maleficio § *sequens 2. d. 1.* Ex contractu oritur, quæ sponte ex conventionione mutui beneficij causa inter homines constituitur. Jam contractus vel est verus, vel est quasi contractus. Verus contractus est negotium inter duos pluresvè gestum: ut vel uterq; vel alter tantum obligetur. Causæ hujus sunt quatuor: nam aut fit Re, aut Verbis, aut Literis, aut Consensu. § *fin. d. 1.* Unde dicitur contractum alium Re parere obligationem, alium Verbis, alium Literis, alium solo nudoq; Consensu.

Quib. modis Re contrahitur obligat.

Tit. 15.

Re contrahi obligatio dicitur,

D 3

cum

LIBER III

cum ea non nisi Re traditâ & acceptâ
 conspicitur. Nam ejus substantia
 præcipuè ex rei interventione pendet,
 nec ullo modo, nisi ejus traditio-
 ne perficitur. Fit autem traditio vel ad
 dominij translationem: idq; scienter,
 ut in mutuo vel ignoranter, ut in in-
 debito; vel traditio fit ad usum, ut in
 commodato; vel ad custodiam, ut in
 deposito: vel deniq; ad securitatem,
 ut in pigore *e. s. quib. mod. re contrah.*
oblig. Mutuum est contractus, quo re-
 rum, quæ pondere, numero, mensu-
 ra constant, usus ita conceditur, ut
 postea non eadem res, sed alia ejus-
 dem generis reddantur *pr. d. s.* Unde
 mutuum appellatum, quod ita à me
 tibi datur, ut ex meo fiat tuum. Et
 ex hoc contractu nascitur actio, quæ
 vocatur certi condictio §. *si quoq; i.*
vers. unde d. s. Indebitum est obligatio
 ex re, qua obstringitur is, qui non de-
 bitum accipit ab eo, qui per errorem
 solverit *d. §. si quoq; i.* Ex hac obliga-
 tione

INSTITUTIONUM,
tione oritur conditio indebiti, quæ
datur agenti ad repetendum id, quod
per errorem solvit d. §. *si quis*. Com-
modatum est contractus, quo res gra-
tis certum ad usum ex lege concedi-
tur, ut eadem ipsa finito usu reddatur
§. *item si, cui 2. d. 1.* Ex hoc oritur actio
commodati d. §. *item si, cui*. Depositi
est contractus, quo res mobilis sibi &
possessione & dominio retenta depo-
sitario gratis custodienda datur, utq;
eadem cum omnibus fructibus resti-
tuatur, §. *preterea 3. b. 1.* Pignus est con-
tractus quo res in debitoris bonis exi-
stens pro debito in crediti securita-
tem obligatur, donec, quod debetur,
sit exsolutum §. *si d. 1.* Et hæc de con-
tractu, qui fit Re.

De Verborum Obligationibus.

Tit. 16.

Verbis obligatio contracta
dicitur verborum obligatio, & est
contractus, qui oritur ex interroga-
tione

LIBER III.

tionem & responsionem. *pr. de verb. obligat.* Dividitur in principalem & accessoriam. Principalis dicitur stipulatio, quæ definitur verborum conceptio, quæ is, qui interrogatur, daturum facturumve se, quod interrogatus est, respondet *d. pr. & b. stipulationem § §. Stipulatio. i. ff. de verb. obligat.*

De duobus reis stipulandi & promittendi.
Tit. 17.

Contrahitur autem verborum obligatio non solum per singulos, sed & si duo pluresve sint rei stipulandi, qui idem interrogant: vel promittendi qui eandem rem promittant *e. i. d. duob. reis stipuland. & prom.*

De stipulatione servorum.
Tit. 18.

Et servus quoque ex persona domini stipulandi jus habet, quia est instrumentum domini, & per se nullam partem

INSTITUTIONUM.

participationem habet *l. 1. de stipulatione sero.*

De divisione stipulationum.

Tit. 19.

Dividitur stipulatio in conventionalem, & eam, quæ ex officio Magistratus proficiscitur *l. 1. de divis. stipulatione*. Conventionalis est, quæ ex conventionem utriusq; partis concipitur *§. conventionales 3. d. 1.* Hujus totidem sunt genera, quot sunt genera rerum contrahendarum, ait Justin. *d. §. conventionales 3.* Stipulatio, quæ ex officio Magistratus proficiscitur, vel est simplex, vel est communis. Simplex rursus vel est prætoris, vel judicialis. Prætoris est, quæ à mero prætoris officio proficiscitur *§. judiciales 1. & §. prætoris 2. d. 1.* Communis est, quæ & à prætoris & à iudicis officio oritur *§. communes 4. d. 1.*

De

LIBER III.
De inutilibus stipulationibus.
Tit. 20.

Non autem semper stipulationes sunt utiles: sed sæpe sunt inutiles. Itaq; vel propter defectum formæ, vel si verba non rectè concipiuntur. § *præterea* 5. d. *inutil. stipul.* vel propter defectum materiæ, si nimirum res in rerum natura & commercio non existentes in stipulationem veniunt §. *ut si* 1. d. 1. vel ratione personæ §. *item inutilis* 6. & §. *pupillus* 9. d. 1. vel deniq; ratione modi, ut si fiat, vel concipiatur stipulatio sub conditione impossibili §. *si impossibilis* 10. d. 1. si fiat inter absentes §. *item verborum* 11. d. 1. Vel si concipiatur præposterè §. *item si quis* 13. d. 1. Hactenus de Verborum obligatione principali.

De Fidejussoribus.

Tit. 21.

Accessoria obligatio dicitur Fidejussio, quæ est verborum conceptio, qua

INSTITUTIONUM.

quã quis id, quod interrogatus est, alium daturum aut facturum promittit. *l. d. fidejuss.* Hæc idcirco introducta est, ut melius nobis cautum sit *d. l. in prin.* Omnis autem generis obligationibus fidejussor accedere potest § *in omnibus l. d. l.* Nec ipse tantum obligatur, sed etiam hæredem relinquit obligatum. § *Fidejussor. 2.* Hæc de Verborum obligatione.

De literarum obligationibus.

Tit. 22.

Literis contrahitur obligatio, quæ non fit verbis, sed nominibus & pro-
scriptionibus: ex quo genere sunt
Apocha, & Sygrapha, aliæq; scriptu-
ræ, quæ fidei confirmandæ contestan-
dæq; causa dantur. *l. l. de liter. obligat.*

De obligationibus ex consensu.

Tit. 13.

Ex consensu oritur obligatio,
cum nec rei traditio, nec stipulatio,
nec scriptura ad constituendam obli-

LIBER III.

gationem requiritur, sed nudus sufficit contrahentium consensus *l. 1. de obligat. ex consens.* Ex hoc genere sunt Emptio & Venditio: Locatio & Conductio: Societas: & Mandatum *d. 1.*

De Emptione & Venditione,

Tit. 24.

Emptio & Venditio est contractus de re certa, certo pretio in perpetuum dominij iure obtinenda, nudo consensu factus *l. 1. de empt. & vendit.* Hujus essentiam tria constituunt: pretium certum in pecunia numerata: res, quæ venditur: & consensus *pr. § sed & certum. 1. & §. item pretium 2. d. 1.* Ex hoc oritur actio empti & venditi *l. 1. ff. d. action. empt. & vendit.*

De Locatione & Conductione.

Tit. 25.

Locatio & Conductio est contractus de re quapiam, certâ mercede, aut facienda, aut ad tempus utenda, nudo consensu factus *l. 1. d. locat. & conduct.*

INSTITUTIONUM.

conduct. Ad essentiam hujus contractus tria requiruntur: consensus: merces certa: & tempus *pr. d. r.* Ex hoc oritur actio locati & conducti *d. pr.* Quod si res perpetuo locatur & conducitur, non amplius dicitur locatio conductio: sed emphyteusis (germanicè vocatur, ein Erblehen / vel etiam Erbzins Güter) *S. adeo 3. d. r.* Et quia *in Quibus* conferere significat, inde apparet, hunc contractum tum usurpari captum, cum agri deserti atq; inculti, non facilè colonos reperiebant. Itaq; locatio horum agrorum non ad certum tempus, sed in perpetuum facta fuit *d. S. adeo.* Est autem contractus emphyteuticus, quo alicui fundus perpetuò fruendus eà lege traditur, ut, quamdiu canon solvatur, auferri non possit. *d. S. adeo.*

De Societate.

Tit. 26.

Societas est contractus de re aut
D 6 nego.

LIBER III.

negotiatione honesta, ejusq; fructu, damnove inter reliquos communi-
cando, nudo consensu factus: *t. t. de societ.* Hæc duplex est: universalis &
particularis. Illa est totorum bono-
rum: hæc est unius negotiationis aut
rei *pr. d. t.* Oritur ex hoc contractu,
actio pro socio § *fin. d. t.* Dissolvitur
societas. 1. Nudo consensu. 2. Renun-
ciatione tempestivâ § *manet 4. d. t.*
3. Morte socij § *solvitur 5. d. t.* 4. Fine
negotij § *item si, 6. d. t.* 5. Publica-
tione bonorum § *publicatione 7. d. t.* &
6. cessione bonorum, § *item si. 8. d. t.*

De Mandato.

Tit. 27.

Mandatum est contractus de ne-
gocio alieno, sine mercede, periculo
mandatoris bona fide administrando,
consensu factus. *t. t. de Mand.* Hoc du-
plex est: nam fit vel unius, vel plu-
rium causâ *pr. d. t.* Unius, vel man-
dantis, vel mandatarij, vel extranei
cau-

INSTITUTIONUM.

causâ d. pr. §. mandantis 1. §. tua 6. & §. aliena 3. d. 1. Plurium, vel mandatarij & mandantis simul, vel mandantis & extranei simul, vel deniq; mandatarij & extranei simul causâ §. tua gratia. 2. §. sua. 4. §. tua & aliena. 5. d. 1. Oritur ex hoc contractu actio mandati. Hactenus de veris contractibus.

De obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur.

Tit. 28.

Quali contractus est negotium, quo ex unius solius facto, tum faciens, tum alter tacitè obligatur, quia uterq; eo animo fecisse intelligitur s. 1. de obligat. quæ quasi ex contr. nascunt. Sunt autem sex præcipuè quasi contractus 1. Negotiorum gestio. 2. Administratio tutelæ. 3. Communio rerum. 4. Communio hæreditatis. 5. Aditio hæreditatis. & 6. Indebiti solutio d. 1. Negotiorum gestio est quasi contractus, qui inde oritur, quod quis negotia

LIBER III.

gotia absentis spontè & sine mandato
 gesfit §. *igitur 1. d. t.* Administratio tu-
 telæ, est quasi contractus, qui inde
 oritur, quod tutor rem pupilli admi-
 nistravit §. *tutores. 2. d. t.* Ex hoc datur
 actio tutelæ, quæ competit finitâ tu-
 telâ d. §. *tutores.* Communio rerum est
 quasi contractus, qui inde oritur, quod
 aliqui in communionem alicujus rei
 non spontè, sed casu sine societate
 inciderunt. §. *item si inter 3. d. t.* Ex hoc
 oritur actio communi dividendo d. §.
item si 3. Communio hæredatis est,
 quasi contractus ortus inter cohære-
 des, quo invicem obstringuntur, ad
 legitimè dividendum id, quod hæredi-
 tate ab aliquo legatum, vel relictum
 est. §. *idem juris 4. d. t.* Ex hoc produci-
 tur actio familiæ eriscundæ d. §. *idem*
juris d. t. Aditio hæreditatis, est quasi
 contractus, qui inde oritur, quod hæ-
 res, qui hæreditatem adiit, præstare
 tenetur legata à testatore relicta. §. *hæ-*
res quoq; 5. d. t. Itaq; quamprimum hæ-
 res

INSTITUTIONUM.

res adijt hæreditatem, cenſetur ſe obligafſe ad omnia quæ in teſtamento relicta ſunt d. §. hæres quoq; §. Ex hoc oritur actio in perſonam ex teſtamento, legatarijs data, pro conſequendis legatis d. §. hæres quoq;. Indebiti ſolutio eſt quaſi contractus, qui inde oritur, quod qui indebitè ſolutum accepit, ad illud reſtituendum obligetur §. item ū cui, 6. d. 1. & §. ū quoq; 1. ſupr. quib. mod. re contrabe. oblig. Ex hoc proficiſcitur actio, quæ vocatur actio in debiti, d. §. item ū, cui 6.

Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.

Tit. 29.

Cæterum uti de rerum acquiſitione dictum; ita etiam hic accidit, ut obligatio non ſolum per nosmetipſos ſed & eos, quos in poteſtate habemus, acquiritur. i. i. per quas perſ. nob. oblig. acquir. At obligatio tam diu durat & conſiſtit, quamdiu non tollitur.

Qui-

LIBER IV.

Quibus modis tollitur obligatio.

Tit. 30.

Tollitur autem vel naturaliter vel civiliter *s. e. quib. mod. toll. obligat.* Naturaliter, solutione, & contrario sensu *pr. & §. su. d. t.* Civiliter: acceptilatione & novatione. *§. itemper acceptilationem 1. & §. praterea 3. d. t.* Et hæc de quasi contractibus. Hactenus itaq; de contractibus, & quasi contractibus, unde oritur obligatio. Sequitur, ut de obligationibus etiam dicatur, quæ proveniunt ex maleficijs, & quasi maleficijs. Et hæc de libro tertio Institutionum.

LIBER QUARTUS.



Upra libro tertio ostensum est, obligationes à materia dividi in contractus & maleficia seu delicta; Nam cum duo sint juris & justitiæ summa principia: face-

INSTITUTIONUM

facere bonum & abstinere à malo; sicut contractus ex primo, ita delicta ex altero principio descendunt: Itaque cum hætenus dictum sit, de contractibus, consequens est, ut deinde de maleficijs seu delictis agatur.

De Obligationibus, qua ex delicto nascuntur.

Tit. 1.

Est autem delictum vel verum, vel quasi. Veri delicti sunt quatuor species: Furtum: Rapina: Damnum injuriâ datum: & Injuria, *pr. de oblig. qua ex delict. nasc.* Atque uti beneficia omnia in dando & faciendo consistunt: ita contra maleficia, de quibus hic agimus, vel in auferendo spectantur, vel in malefaciendo. In auferendo versatur furtum, & rapina. In malefaciendo vertitur damnum & injuria. Furtum est contractatio fraudulenta, lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessio.

LIBER III.

fionisq; § *furtum l. d. 1.* Hoc vel est manifestum, vel est nec manifestum. § *furtorum 3. d. 1.* Manifestum est, cum res in manibus furis, antequam in destinatum locum feratur, deprehensa est *d. §. furtorum 3. vers. manifestus d. 1.* Nec manifestum furtum est, cum fur in faciendo quidem non est deprehensus, sed cum furtum commisisse negare non potest *d. §. furtorum vers. nec manifestum.* Oritur ex hoc delicto actio furti, quæ olim in furto manifesto competijt in quadruplum: At in furto nec manifesto in duplum § *fin. d. 1.* Hodiè utraq; pœna in usu esse desijt postquam hoc crimen publicum esse cœpit. Nostri enim moribus, vel potius ex jure omnium gentium fures hodiè ultimo supplicio afficiuntur. Hæc de furto.

De vi bonorum raptorum.

Tit. 2.

Rapina est violenta rei alienæ contracta.

INSTITUTIONUM.

tractatio dolo malo & animo injuriandi facta. *l. r. d. vi bonor. rapt.* Differt à furto, quod furtum clam & latenter, & tanquam vulpes grassatur: At rapina grassatur violentet lupi instar: unde raptor dicitur fur improbus. *pr. d. r.* Oritur ex hoc delicto actio vi bonorum raptorum. *d. pr.* Quæ intra annum datur in quadruplum, in quo & simplex inest. At post annum competit in simplex *d. pr.* In quibus autem causis in re clam surrepta competit actio furti, ex iisdem causis in bonis raptis, conceditur actio vi bonorum raptorum *§. ult. in fin. d. r. l. Prator ait, 2. §. & generaliter. 23. ff. eodem.* Hæc de rapina.

De Lege Aquilia.

Tit. 3.

Damnum injuriâ datum est, quod culpâ alicujus sine dolo est illatum. *l. r. de L. Aquil.* Et hoc damnum non jure fit, tam in rebus animatis, quàm animâ

LIBER IV.

animā carentibus, ejusmodi sunt cædes & vulnera servi, aut pecudis, aut alterius cujusq; animalis, aliudve detrimentum, quoquo modo rebus nostris illatum. §. *quod autem, i. cum* §. *seq. d. r.* De hoc damno cavet lex Aquilia, cujus tria fuerunt capita: quorum secundum ab usu recessit. *pr. & §. caput secundum 12. & §. capite tertio. 13. d. 1.* In primo capite cavetur de pœna occisi servi aut pecudis. *d. pr.* Pœna hujus capitatis est, ut quanti ea res retrò in eo anno plurimi fuerit, æstimeretur, quæ æstimatio, & damnum datum, & interesse comprehendit, §. *his autem verbis. 9. d. 1.* Tertium caput de omni alio damno cavet, quod præter mortem servi, aut quadrupedis, quæ pecudum numero est, rebus nostris animatis, vel animā carentibus est illatum. *d. §. cap. tertio 13.* Itaq; quisquis alteri urendo, frangendo, depascendo, secando, rumpendo, & id genus modis damnum fecerit, quanti ea res in diebus triginta retrò
 proxi-

INSTITUTIONUM
proximis plurimi fuerit tantum domi-
no dare cogitur d. §. capite 12. cum §. seq̄
Hæc de damno injuriâ dato.

De Injurijs

Tit. 4.

Injuria est contumelia, quæ per-
sonæ alterius infertur, *pr. d. injurijs.*
Hæc autem vel pulsatione corpus: vel
convitio aures: vel turpitudine vitam
alicujus violat: §. *injuria 1. d. 1.* Atq; ita
injuria vel infertur corpori vel existi-
mationi. Corpori infertur, cum ali-
cui manus infertur, quod sit vel pu-
gno, vel fuste vel domus introitu §.
f. d. & lex 8. d. 1. Existimationi vel famæ
injuria infertur, vel verbis, vel literis,
vel gestibus. Verbis, cum alicui fit
convitium, ut si quis fur vel nebu-
lo appelletur d. §. *injuria 1.* Literis,
cum ad ignominiam alterius, aliquid
scriptum, editum vel compositum est.
d. §. *injuria. 1.* Gestibus, cum quis ma-
trem familiâs affectatus fuerit: aut
ali-

LIBER III.

alicujus pudicitiam tentaverit. *d. §. injuria 1.* Oritur ex illata injuria duplex actio criminalis & civilis. *§. in summa 10. d. 1.* In civili actione, æstimatione injuriæ factæ, reo pœna imponitur; at in criminali officio judicis extraordinaria pœna irrogatur. *d. §. in summa 10.* Hæc de injuria.

De Obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur.

Tit. 5.

Cæterum, ut obligationes non solum ex veris, sed etiam ex quasi contractibus oriuntur: sic etiam obligationes vel descendunt ex veris delictis, vel ex quasi. Cum itaq; de obligationibus, quæ ex veris delictis proveniunt, dictum sit, justo ordine nunc de ijs agitur, quæ ex quasi delictis proficiuntur. Hæ autem sunt, quæ non consultò & scienter, sed ipso facto per imprudentiam, vel negligentiam vel alio aliquo modo contrahuntur

l. l.

INSTITUTIONUM.

l. t. de obligationibus, que ex quasi delictis nascunt. Hujus generis sunt præcipuè quatuor species: Prima, si iudex per imprudentiam malè iudicat: tum enim litem suam facit, & ex quasi delicto obligatur. *pr. d. t.* Deinde; cum quis ex cœnaculo aliquid effundendo, vel deiiciendo, alteri nocet, *§. item u. i. d. t.* Nam publicè interest, posse nos sine periculo & sine metu per itinera commeari. *l. Prætor. ait 1. §. summa. l. ff. de his, qui deiec. vel effud.* Tertio, si in suggrunda, aut projecto, sive projecto, circa publicum iter aliquid positum, sive suspensum est, cuius casus alicui nocere possit *d. §. item u. i. vers. cui similis d. t.* Dicitur suggrunda pars tecti ultra structuram ædium prominens, quâ stillicidium à parentibus arceatur (Germanicè verò suggrunda, pars tecti ultra structuram ædium prominens, vocatur, *uber Fachstuhl*) *l. si verò plures §. Prætor ait 6. ff. de his, qui deiec. vel effuder.* At projectum vocatur

E

id,

LIBER IV.

id; quod ita provehile, ut nusquam
 caquiescat, ut sunt mœniana, horti
 pensiles *l. malum 242. §. inter projectum.*
1. ff. de V. S. notat Budæus d. §. prætor ait.
 Quartò si culpa eorum, quorum mini-
 sterio utimur, damnum vel furtum in
 navi, caupona, vel stabulo, factum
 fuerit, *§. item exercitor. ult. d. r.* Nam
 culpa, & quasi delicti species est; ma-
 lorum hominum uti operà *d. §. exer-*
citor. l. si quis absentis 7. §. idem exercitor. 6.
ff. de oblig. & action. Ex jam dictis qua-
 tuor quasi maleficijs, una competit
 actio, quæ in factum dicitur *d. §. fin.*
d. r. quæ heredi quidem datur, adver-
 sus hæredem autem non competit,
 quia pœnalis est. *d. §. fin.* Et hæc de ob-
 ligationibus, quæ ex maleficijs, vel
 quasi maleficijs oriuntur.

*De Actionibus.**Tit. 6.*

Hactenus de variis subjecti ju-
 ris partibus actum, nempe de perfor-
 nis

INSTITUTIONUM.

nis & rebus. Sequitur, ut de tertia parte, nempe de Actionibus tractetur. Ad quas majores nostri ideirco provenerunt, ut incorporales constituta, possint ubiq; jus suum & effectum corporalem extendere, ait Justinian. *l. fin. vers. Ideo enim C. de prescrip. long. temp.* Est autem actio nihil aliud, quam jus persequendi in judicio; quod sibi debetur, *pr. de Action.* Frustra enim essent leges in Rep. nisi etiam essent judicia, per quæ leges mandentur executioni; Dividuntur autem actiones respectu ordinis, in Institutionibus observati, in civiles, pratorias, & criminales. Civiles actiones sunt, quibus ad privatam utilitatem agitur. In his tria spectantur: nempe ipsarum partitiones, qualitates, & forma procedendi in judicio. Partitiones actionum civilium h. t. quinque enumerantur: quarum summa & prima à causa seu forma substantiali sumpta est: quod alia sint in rem: alia in perso-

E 2

nam

LIBER IV.

nam. §. omnium. 1. d. 1. Nec actiones mixtæ tertium membrum, multò minus Actiones in rem scriptæ, quartum constituunt: nam Actiones mixtæ sub simplicibus continentur, ut sunt actio familiæ herciscundæ: communi dividundo: & finium regundorum §. quædam 20. d. 1. At actiones in rem scriptæ, ad actiones personales referri debent: ut actio ad exhibendum: actio quod metus causa: & interdicta *l. in hac 3. §. est autem 3. ff. ad exhib. l. metum 9. §. animadvertendum 1. ff. quod met. caus. l. 1. §. interdicta penult. ff. de interd.* Nam vi ipsa sunt in personam, & si in rem scribantur, unde nomen sortitæ: quia earum verba non in personam, sed in rem, & generaliter concipiuntur. *d. l. metum 9. §. animad. 1.* Jam actiones personales conditiones appellantur. *l. actionum 25. pr. ff. de oblig. & action.* Et idcirco in personam dicuntur, quia illarum finis est, ut aliquis nobis det, vel faciat *d. l. actionum 25. quod sine certa perso-*

INSTITUTIONUM.

persona fieri nequit. Ac sicut res vel sunt corporales, vel incorporales: ita etiam actiones in rem, vel sunt rerum corporalium, vel incorporalium. De rebus corporalibus datur rei vindictio, quæ contra eum instituitur, qui rem nostram possidet §. *omnium 1. d. 1.* Nam scopus hujus actionis, est res: ut conditionis, persona. *d. l. actionum 25.* Unde etiam jure veteri, formula non in personam, sed in rem fuit concepta: ut ajo fundum Sempronianum meum esse. De rebus incorporalibus, ut de servitutibus, datur actio in rem Confessoria, & Negatoria. Actio confessoria est actio realis, quæ asserimus fundum alienum nobis vel prædio nostro servitutem ante constitutam debere. §. *agua 2. d. 1.* Et est duplex: alia figurâ verborum confessoria, vi ipsa negatoria: alia vi & verbis confessoria: Notat *Cujas. l. si prius ff. de nev. oper. nunc.* Actio negatoria est actio realis, quæ negamus, fundum

LIBER IV.

nostrum alteri vel alterius prædio ser-
 vitutem dare *d. §. æquè 2.* At eadem
 dictæ actiones tam personales, quàm
 reales subdividuntur à causa efficien-
 te, in civiles & prætorias, seu hono-
 rarias, *§. sed istæ 3. d. 1.* Sicut autem ci-
 viles actiones, seu quæ ex legitimis &
 civilibus causis descendunt, vel sunt
 personales, vel reales, ut jam dictum:
 ita quoq; quas prætor ex sua jurisdic-
 tione comparatas habet, in rem sunt,
 & in personam, *d. §. sed istæ 3.* In rem
 sunt, actio publiciana, quæ datur ad
 vindicandum, quod mero jure civili
 usu nondum captum est. *d. §. sed istæ,
 vers. ut ecce d. 1.* Actio rescissoria, quæ
 datur ad rescindendum, quod mero
 jure civili cœptum est. *§. rursus d. 1. §. 5.*
 Actio Pauliana, quæ datur ad revo-
 candum, quod in fraudem credito-
 rum alienatum est *§. item si quis 6. d. 1.*
 Et actio Hypothecaria, sive actio Ser-
 viana, vel quasi, quæ datur ad rem obli-
 gatam persequendam. *§. item serviana 7*

d. 1.

INSTITUTIONUM

d. t. At actiones pratoriae in personam, vel sunt rei persecutoriae, vel actio de constituta pecunia. §. de constituta. 9. d. t. Actio de peculio §. actiones autem 10. d. t. Et actio in factum ex iurjurando §. item si quis u. d. t. vel sunt poenales, ut si quis ex albo pratoris corrumpit aliquid; si quis sine venia patrem vel patronum in jus vocavit: vel si quis injus vocatum vi eximit, vel ab alio eximi curavit. §. poenales 12. d. t. His actionibus civilibus & Pratorijs adijciuntur praediciales: quae partim civiles sunt, partim pratoriae. Harum tres ab Imper. Justiniano enumerantur in §. praediciales d. t. 13. Nec ex sententia Thalcei interpretis sunt plures: nam actiones praediciales, de statu competunt: at status personarum triplex est: hominis liberi, ingenui, & patrisfamilias. t. t. ff. de statu hominis. Haec Thalcei sententia vera est, si actiones praediciales strictè accipiantur, sicut Justinianus accepisse videtur.

LIBER IV.

tur. *d. §. præjudiciales 13.* At non est vera, si latus accipiantur: tum enim in alijs locum habent *d. §. præjudiciales 13. ubi not. Interpretes seu DD.* Hæc de prima divisione actionum. Secunda actionum divisio, est à causa finali, seu à qualitate rei petendæ sumpta: quæ actionis aliæ rei persecutoriæ sunt, quibus persequimur, quod nobis abest, sive id nostrum sit, sive nobis debitum. *l. in honorarijs 35. pr. ff. de oblig. & action.* Licet enim non sint omnes actiones in rem proditæ, sed etiam quædam sint in personam *d. §. i. cum seqq. d. i.* tamen hæc non ita in personam sunt conceptæ, ut illi tantum insistant, sed magis, ut ab ea exigant, quod alicui ex contractu vel maleficio debetur. Actiones poenales sunt, quibus solam personam persequimur *§. ex maleficijs 18. d. i.* ut est actio furti manifesti, & nec manifesti *d. §. ex maleficijs 18. vers. penam.* Mixtæ actiones sunt quibus & rem & personam simul perse-

INSTITUTIONUM,

persequimur: ut sunt actio vi bono-
rum raptorum: actio Legis Aquiliae:
& actio contra eos, qui relicta S. San-
cti Ecclesijs dare distulerint §. *vi-
tium bonorum 9. d. 1.* Hæc de secunda
actionum divisione: Tertia actionum
divisio sequitur, quæ à qualitate peti-
tionis sumta est: nam quædam actiones
dantur in simplum: quædam in du-
plum: quædam in triplum: & quædam in
quadruplū §. *omnes autem 21. d. 1.* In sim-
plum agitur in omnibus contractibus,
sive re sive consensu, sive verbis, sive
litteris constat §. *in simplum 2. d. 1.* quia
in omnibus contractibus tantum rem
debitam persequimur: rei autem per-
secutio idem est, quod simplum. In du-
plum agitur 1. Actione furti nec ma-
nifesti, 2. Actione Legis Aquiliae,
3. Actione miserabilis depositi (quæ
fit in ruina & in incendio) 4. Actione
pignoratitiæ §. *in duplum 21. d. 1.* & 5. Actio-
ne servi corrupti. Tripli agitur, cum
quis in libello conventionis plus-
quam

E §

quam

LIBER IV.

quàm sibi deberur, complexus est, ut ex eo sportulæ viatori majores aut ampliores solvantur. §. *tripli* 24. d. 1. In quadruplum agitur 1. Actione furti manifesti. 2. Actione, quod metus causa, 3. Actione, quæ instituitur adversus eum, qui pecuniam accepisse dicitur, ut calumniæ causa negotium faceret, vel non faceret. & 4. Actione, quæ instituitur adversus executores, si quid ultra debitum exegerit §. *quadrupli* 25. cum seq. d. 1. Hæc de tertia actionum divisione. Quarta actionum divisio à natura & qualitate actionum sumpta est, quæ aliæ bonæ fidei: aliæ stricti juris, aliæ arbitrariæ dicuntur. §. *actionum* 28. d. 1. Actiones bonæ fidei sunt, quæ ex bono & æquo largam accipiunt interpretationem. Hujus generis sunt XVI. Actio ex empto: vendito: locato: conducto: negotiorum gestorum: depositi: mandati: pro socio: tutelæ: commodati: pignoratitia: familiæ criscunda: com.

INSTITUTIONUM.

communi dividendo: præscriptis ver-
 bis : quæ de æstimato proponitur :
 item ea, quæ ex permutatione compe-
 tit: & hæreditatis petitio. *d. §. actio-*
num 28. Actiones stricti juris sunt, in
 quibus iudicis potestas strictis inclu-
 ditur finibus: ut 1. rei petitæ quantita-
 ti, 2. contractui, 3. verbis conceptis,
 stipulationum & conventionum, 4.
 facto in iudicium deducto, & 5. ju-
 dicij, constituti formulæ, planè infer-
 wire cogatur: adeò ut ab ijs ex officio
 recedere non possit: ut sunt mutuum,
 literarum obligatio, stipulatio, rei
 vindicatio, & similes *§. in strictis d. 6.*
 Actiones arbitrariæ sunt, quæ ex arbi-
 trario iudicis pendent: nam in his nisi
 arbitrio, seu interlocutione iudicis,
 reus actori satisfaciatur, condemnari:
 at si satisfaciatur, absolvi debet *§. præ-*
rea 31. d. 1. Et hæ sunt vel in rem, vel in
 personam. In rem, ut actio Publica-
 na, Serviana, seu Hypothecaria. In
 personam, ut actio quod metus causa:

LIBER IV.

actio de dolo: actio quod certo loco:
 & actio ad exhibendum. *d. §. prae-
 terea 31.* Hæc de quarta divisione, Ul-
 tima & Quinta actionum divisio,
 sumta est, à quantitate executionis:
 quâ aliæ in solidum: aliæ in non soli-
 dum competunt. *§. sunt prae-
 terea 36. d. 1.*
 In solidum dantur ferè omnes actio-
 nes, Non solidum tribus ferè modis
 nos consequimur. Primò: ratio-
 ne, unde solutio facienda est: ut in
 actione de peculio *d. §. sunt prae-
 terea 36.*
 Deinde: ratione privilegij, quod
 competit: personæ conventæ, quia in
 id tantum, quantum facere poterit,
 conveniri debent: quales sunt: pa-
 tens, si à liberis conveniatur: patro-
 nus, si à libertis: Maritus in iudicio
 de dote: socius: donator: & debitor,
 qui bonis cessit. *§. item si dote 37. d. 1.*
 Tertio: ratione compensationis, cum
 scilicet nomine impensarum, com-
 pensatio facienda est. *§. compensationis
 39. d. 1.* In jam dictis actionibus consi-
 dera-

INSTITUTIONUM

deratio variatur, quæ fit emendando:
 idq; vel in quantitate: vel in qualita-
 te: vel in re. In quantitate: si plus
 petitum fuerit: & non valet intentio
S. si quis agens 33. d. 1. Plus autem peti-
 tur, vel re: vel tempore: vel loco: vel
 causa: *d. si. si quis agens vers. plus a. d. 1.* Et
 si in quantitate minus fuerit petitum,
 sine periculo est, & condemnatio au-
 geri potest, *S. si minus 34. cum S. seq. d. 1.*
 In qualitate: peculiariter emendatio
 permittitur: Sicut quoq; in re, cum
 scilicet aliud pro alio petitum fuerit,
 regulariter concessa est *S. si, quis aliud.*
35. hic: Potest enim error in eadem in-
 stantia corrigi, *d. S. si quis aliud 35. d. 1.*
 Hæc de ultima divisione. Et hæcenus
 de partitionibus actionum.

*Quod cum eo, qui in aliena potesta-
 te est, negotium gestum
 esse dicitur.*

Tit. 7.

Qua-

LIBER IV.

Qualitates actionum sunt, quæ omnes vel nostro nomine dantur, ut pleræq; actiones: vel alieno. Alieno nomine dantur aliæ ex contractu aliæ ex noxa: aliæ ex pauperie Ex contractu dantur aliæ directò & principaliter, ac quasi suo nomine, ut 1. Actio quod iussu, quod cum eo, qui in aliena potestate est. §. *si igitur*. 2. Actio exercitoria §. *eadem ratione*, 2. & 3. Actio de in rem verso, §. *præterea* 4. d. 1. 4. Actio institoria, d. §. *eadem ratione* 2. Aliæ dantur non principaliter & directè, sed nomine servi & filij: ut actio tributoria, §. *introducitur* 3. d. 1. Et actio de peculio. d. §. *præterea* 4.

De Noxalibus Actionibus.

Tit. 8.

Ex noxa dantur actiones noxales: si nimirum servus noxam nocuerit. Hæ enim actiones ex maleficijs descendunt servorum. *l. l. de noxalibus actionibus.*

INSTITUTIONUM.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Tit. 9.

Ex pauperie datur actio de pauperie, quæ ex damno à bestiis nostris oritur. Pauperies enim damnum est sine injuria facientis illatum. *pr. & s. s. si quad. paup. feciss. dic.* Hæc de Qualitatibus actionum.

De ijs per quos agere possimus.

Tit. 10.

In forma, quâ actiones in iudicium deducuntur. Primò necesse est, ut litigantes, qui in iudicio inter venerint, vel suo nomine vel alieno experiantur. Suo nomine experiantur: Actor & Reus. Alieno nomine agunt procuratores & defensores. *s. s. de ijs. per quos agere poss.*

De

LIBER IV.

De satisfactionibus.

Tit. 11.

Deinde necesse est, ut si quis procuratorio nomine litem infetat vel suscipiat, vel satisfaciat, dominum ratum habiturum, vel judicatum solvis: illud facit procurator: hoc facit defensor. *l. de satisfactionibus.*

De perpetuis, & temporalibus actionibus, & qua ad haeredes, & in haeredes transeunt.

Tit. 12.

Tertio requiritur, ut in litis ingressum diligenter prospiciatur, cujus naturæ & qualitatis sit actio, & an ratione temporis, vel personæ eam institui liceat. *l. de perpet. & temp. action.* Nam alia actiones sunt perpetuæ: alia temporariae *pr. d. l.* Perpetuæ sunt, quæ secundum naturam juris perpetuæ

INSTITUTIONUM,
tuo dantur: quales sunt actiones ci-
viles, tam pœnales, quàm rei perfe-
cutoria sine discrimine. *d. pr. d. r.*
Temporariae verò sunt, quæ certum
habent tempus, quo si non sunt pro-
positæ, consumuntur: ut sunt actio-
nes prætoriae, quæ plerumq; intra
annum tantum vivunt: *d. pr. d. r.* Sicut
& prætoris imperium fuit annum,
d. pr. Excipiuntur rei persecutoria acti-
ones ab ipso Prætoris introductæ: hæ-
enim sunt perpetuae *l. inhonoratys 35.*
pr. ff. de obligat. & action. quia rei perfe-
cutio naturalis est, & æquissimum est,
ut quis perpetuo rem suam persequi
possit.

De Exceptionibus.

Tit. 13.

Quarto necesse est, ut exceptio-
nes, Replicationes, Duplicationes, &
TriPLICATIONES hinc inde suo ordine
proponantur. *d. r. d. except. & r. r. de*
replis. Est autem exceptio nihil aliud;
quam

LIBER IV.

quam actionis exclusio: ut exceptio quod metus causa: exceptio doli mali: exceptio pecuniæ non numeratæ: exceptio pacti: exceptio jurisjurandi: & exceptio rei judicatæ §. *verbi gratiâ l. cum seqq. d. except.* Et harum quædam ex legibus, vel ex ijs, quæ vicem legis obtinent: aliæ ex Prætoris jurisdictione substantiam capiunt §. *hæc 6. vers. alioqui d. l. cum §. seq.* Rursus aliæ harum sunt perpetuæ & peremptoriæ: aliæ temporariæ & dilatoriæ: §. *appellantur §. d. l.* Illæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt: ut exceptio doli mali: exceptio quod metus causa: & exceptio pacti conventi, ne pecunia petatur. §. *perpetua 9.* Hæ sunt, quæ ad tempus nocent & temporis dilationem tribuunt: ut est exceptio conventi, ne intra certum tempus petatur: & exceptio procuratoria, veluti si quis per mulierem aut militem agere velit: §. *temporales 10. & §. præterea 11. d. l.*

De

INSTITUTIONUM.

De Replicationibus.

Tit. 14.

Replicatio perinde elidit & confundit exceptionem, ut exceptio actionem, *pr. de replicat.* Itaque ut exceptio est actionis exclusio: ita Replicatio est exceptionis exclusio: Nam interdum accidit, ut exceptio, quæ primâ facie iusta videtur, iniquè noceat, ut merito replicatione opus sit: veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat: post rursus est pactus, ut petere creditori liceat: ex quo fit, ut replicatione posterioris pacti actori per exceptionem repulso suo, curratur *pr. & s. t. de Replie.* ubi etiam de duplicationibus & triplicationibus agitur. Haecenus de obligationibus civilibus.

De Interdictis.

Tit. 15.

Actiones Prætoriarum (nam reliquæ cum civilibus miscentur) vocantur interdita

LIBER IV.

terdicta. Sunt autem interdicta decreta prætoris certis solennibusq; verbis, vel de rebus divinis aut publicis, vel de vi coercenda interposita *pr. de interd.* Dividuntur ab effectu in prohibitoria, restitutoria, & exhibitoria §. *summa 1. d. 1.* Prohibitoria sunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri *d. §. 1. vers. prohibitoria d. 1.* Restitutoria sunt, quibus prætor jubet aliquid restitui *d. §. 1. vers. restitutoria d. 1.* Exhibitoria sunt, quibus prætor jubet aliquid exhiberi *d. §. 1. vers. exhibitoria d. 1.* At à sine dividuntur interdicta, cum quædam adipiscendæ possessionis causa comparata dicuntur: quædam retinendæ: & quædam recuperandæ: §. *sequens, 2. cum 4. seqq. d. 1.* Adipiscendæ possessionis causa comparata dicitur, interdictum quorum bonorum: & interdictum Salvianum §. *adipiscenda 3. d. 1.* Retinendæ possessionis causa comparata sunt, interdictum uti possidetis, & interdictum utrubi §. *retinenda 4. d. 1.* At recuperandæ possessionis gratiâ com-
para-

INSTITUTIONUM.

paratum est interdictum, undè vi §. *re-*
superanda 6. d. 1. Porro, à modo exer-
cendi interdicta dividuntur, in sim-
plicia & duplicia, §. *tertia* 7. d. 1. Sim-
plicia sunt, in quibus alter actor, alter
reus est: ut sunt omnia interdicta re-
stitutoria & exhibitoria. d. §. *tertia* 7.
Duplicia sunt, in quibus utriusq; liti-
gatoris par est conditio, & uterq; tam
rei, quam actoris partibus fungitur
d. §. 7. *vers. duplicia* d. 1. ut sunt interdi-
cta, uti possideris, & utrubi d. si.

De Pœna temerè litigantium.

Tit. 16.

&

De Officio judicis.

Tit. 17.

Cœterum in his omnibus actio-
nibus diligenter providendum, ut ho-
mines temerè ad litigandum profili-
ant, & ut judex probè officio suo fun-
gatur r. 1. *de pœna temer. litigant. & r. 1. de*
offic. jud. Primum, ne fiat pœna in te-
merè

LIBER IV.

merē litigantes, est constituta, *l. i. de
pen. tem litigat.* Nam temeritas litigan-
tium tribus modis coercetur. 1. pœnā
pecuniariā. 2. Jurisjurandi religione,
& 3. metu infamiae *pr. C. i. l. de pen. tem.
litigat.* Alterum scilicet officium ju-
dicis, ut fiat necesse est: ne judex aliter
judicet, quam legibus, aut constitutio-
nibus, aut moribus est proditum, & ut
in quoquo judicio diligenter suū offi-
cium faciat, & secundum id procedat
l. i. de offic. jud. Hæc de actionibus civi-
libus & prætorijs.

De publicis judicijs.

Tit. 18.

Tandem Actiones Criminales
sunt, quæ ob vindicanda crimina boni
publici gratiā suscipiuntur: unde pub-
lica judicia sunt appellata *S. publica l.
de public. judis.* Nam cum ad totam &
communem omnibus civibus Remp.
per-

INSTITUTIONUM.

pertineant: idcirco eorum executio
 cuius ex populo conceditur *d. §. 1.*
 Dividuntur judicia publica in capita-
 lia, & non capitalia *§. publicorum. 2.* Ca-
 pitalia sunt, quæ ultimo supplicio affi-
 ciunt homines *d. §. 2.* Non capitalia
 sunt, quæ infamiam, cum damno
 pecuniario irrogant *d. §. 2. vers. cetera.*
 Omnia autem judicia publica vel prin-
 cipaliter Remp. & communem utili-
 tatem spectant vel principaliter spe-
 ctant causam privatam. Princi-
 paliter Remp. spectant Lex Julia
 Majestatis, *§. publica 3. d. 1.* Lex Julia pe-
 culatus: *§. item Lex Julia 4. d. 1.* Lex
 Julia de ambitu: Lex Julia de an-
 nona: & Lex Julia de residuis: *§.*
sunt præterea 11. Principaliter pri-
 vatam causam spectant. Lex Ju-
 lia de adulterijs: *d. §. item Lex Julia 4.*
d. 1. Lex Cornelia de sicarijs: *§. item*
Lex Cornelia 5. d. 1. Lex Pompeia de
 parricidis *§. alia 6. d. 1.* Lex Cornelia de
 falsis: *§. item Lex Cornelia 7. d. 1.* Lex Julia
 de


LIB. IV. INST.
de vi publica: & Lex Julia de
vata §. item Lex Julia §. d. r. & c
Lex Flavia de plagiarijs: §. est &
10 d. r. Haftenus de Civilibus
torijs & Criminalibus. Post
rum tractationem hic lib
rum Institutionum im-
ponitur.

F I N I S.




3. leg
linqu
11. leg
12. leg
arrog
eritur
lin. a
6. leg
infin
actur
9. leg
eris
p. 3
k. b










INSTITUTIO
 iudicium est lex Cor
 quæ homicidas gladio
 l. z. & tot. tit. D. & C. a
 ficar. Quartum est le
 parricidijs cohercens
 lios homicidas, eosqu
 ne, gallo gallinaceo,
 infutos, & inter eas
 comprehensos, in vic
 flumen projici jubet,
 mentorum usû vivi
 eisq; coelum superstiti
 tuis auferatur. §. 4. h
 & C. ad legem Pompeja
 tum est lex Cornelia
 irrogans ei, qui vel
 quod aliud instrume
 pferit, signaverit, re
 rit. §. s. h. t. Qui v
 rinum fecerit, secul
 sciens dolo malo. C
 vis ultimo supplicio
 tatione punitur. S.
 de vi publica & p



the scale towards document
 Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 076